25

# PROTOCOLLON

EXPEDITIONUM CANCELLARIATUS

REGNI POLONIÆ ANNI 1760

Zebrał

Eligi Korwin Piotrowski

Prezes Sądu Głównego Wołyńskiego

w Motowidłówce.

Własność córki Stanisławy

z Piotrowskich Malinowskiej.

1432.



# PROTOCOLLON
## Expeditionum Cancellariatus Regni Poloniæ
## Anni 1760. ~.



1.) Dilucidatio gravaminis a Generoso Ordine Equestri intuitu Consiliariorum Ducalium formati et ad decisionem Sacræ Regiae Majestatis remissi. ~. —. ~. —

Priusquam ad adductionem atque responsionem hujus gravaminis procedatur; relatio ejus, quod in hac materia durante Conventu Provinciali sese contulit, praemittenda necesse videtur. – Posteaquam die 20ma Augusti 1759. persolutis sic dictis Curialibus, qua occasione Serenissima Celsitudo Sua Regia Dux Curlandiæ sub Trono considebat, ac Cancellarius ab Hoven, Oberburgrabius de Offenberg, Landmareschalcus de Francke, et Consiliarius Ziegenhorn ad Ejus Latus assistebant, Conventus in Curlandia Provincialis initium coepisset, ac Equestris Ordo ad locum Sui Conventus se rursus contulisset; Celsitudo Sua Regia tribus Consiliarijs Supremis ac Consiliario, quò se ad locum Conventus Provincialis reciperent, ibique Equestri Ordini Propositionem certam in scriptis confectam offerrent jubere dignata est. – Hi primum Aedes Judicij Aulici adibant, et hinc Secretarium Archivi Hartmann ad locum Conventus Provincialis hoc cum Mandato delegabant, quod Illi aliquid Ipsi proponendum haberent. – Equestris Ordo huic, Se Consiliarios Supremos expectaturum esse respondebat. – Quo facto, Supremi Consiliarij Illis denuo replicari jubebant, quod non Illi solum sed et Consiliarius Ziegenhorn illuc venire jussi essent: si Equestris Ordo autem forsan dubitaret num Consiliarij Conventui Provinciali interesse valeant, Ille binos Deputatos illuc mitteret, quibus hac de re probationes id efficientes produci deberent. – Veniebant quoque hoc facto Camerarius Sacken de Abgulden et Camerarius Krummes in locum Judicij Aulici, quibus ex formula Regiminis – Lando publico de Anno 1636. – Compositione Commissoriali ac Decisionibus de Anno 1642. – non minus ac Subscriptionibus Landorum publicorum elapsi soeculi praesertim Consiliarij Gosler hocce Jus

a Cancel:

2.„ — a Cancellario inprimis deducebatur. — Hi illud omne, quo Equestris Ordo post meridiem declarationem Suam ulteriorem desuper dare possit, ad referendum sumebant. — Hora tertia ejusdem diei, Iidem Illi nunciabant; quod Equestris Ordo ab hac sua sententia recedere non posset, et quod fundamenta desuper crastina luce in scriptis porrecturus esset. —

Die Vigesima Prima. —.

Comparebant in loco Judicij Aulici Generosus de Mirbach et Generosus Hahn de Posterden, porrigebantque Consiliarijs Supremis quaedam ex Legibus Provincialibus desumta Extracta. — His vero Extractis a Consiliarijs Supremis Celsitudini Suae Regiae exhibitis, et Eidem jussu Suo praelectis; Illa, quod haec potius contrarium opinionis Equestris Ordinis demonstrarent, respondebat, quodque Clementem Suam pro Equestri Ordine aestimationem jam in eo testificata esset adjungebat, dum habita cum Consiliarijs Supremis de constituendo Consiliario Ziegenhorn collocutione, simul Se primum Consiliarij locum Cuidam ex Nobilitate indigena reservavisse declarasset. — Interea autem Celsitudo Sua Regia, declarationem Suam ulteriorem ad horam tertiam pomeridianam usque differebat, Consiliarijsque Supremis declarabat quod hoc tempore Illam adire deberent. — Hora tertia, Celsitudo Sua Regia Consiliarijs Supremis declarabat, quod rem denuo mature Secum perpendisset, et illam ita ut Si inveniret; quod scilicet Consiliario Suo concesso in loco Conventus Provincialis neutiquam disputari queat; Illisque hoc Equestri Ordini quam optime remonstrare, Eidemque patefacere mandabat; quodsi Equestris Ordo ab hoc suo Petito non recederet, Celsitudinem Suam Regiam illud ad decisionem Regiam devolvere oporteret; quodque Illa interea speraret, Equestrem Ordinem interim et donec decisio Regia subsequeretur, ex consideratione pro Celsitudine Sua Regia et absque ulla sequela in futurum, Consiliarium Suum Sessionibus in Conventu publico interesse non recusaturum fore. — Si autem Equestris Ordo et hoc reijceret, Consiliarijs Supremis tum declarandum esset, Celsitudinem Suam Regiam, quod praesenti Conventui non interesset quidem convenire, in hoc passu autem nec minimum Sibi derogare, sed potius Sacrae Regiae Majestatis desuper declarationem ac decisionem Sibi reservare velle. —

Rede

Redeuntes hoc facto ex loco Conventus Provincialis Consiliarij Supremi, hanc tulere responsionem: quod Equestris Ordo humillimam Ejus Celsitudini Suæ Regiæ devotionem contestari fecisset: ab hoc puncto autem, quoniam novus casus, et Ille desuper instructus non esset, non recedere, nec quod Consiliarius Ziegenhorn Sessionem in conventu Provinciali haberet, consentire posset. ~ Celsitudo Sua Regia mirum omnino atque alienum se censere testabatur, atque adjungebat, quod Jura Equestris Ordinis conservare jurasset, huicque juramento ex omni parte satisfactura, Suis autem Juribus quoque nunquam aliquid derogare passura esset, unà et Consiliarium Ziegenhorn primū Consiliarij locum habere occupareque jubebat. – Quo facto, Illa Consiliarijs Supremis confectam Ejus in Scriptis propositionem Equestri Ordini exhibere injungebat. ~" ——. Die Vigesima Septima Ejusdem. – Equestris Ordo per quatuor Deputatos Celsitudini Suæ Regiæ in praesentia trium Consiliariorum Supremorum ac Consiliarij, preces Supplices quibus remonstratio intuitu Consiliarij Ziegenhorn annexa erat, offerebat. ~" —. ~.

Supramemoratum ex quibusdam Legibus Provincialibus desumtum et a Nobilitate die 21. Augusti praesentatum Extractum, non minus ac presens expositio brevitatis studio hîc hac ex causa non inseruntur, quod hoc omne in subsequenti gravamine jam repetitum est. ~ Cuique tamen illa legere cupienti in Originali communicari possunt. —.

Die Vigesima Nona Ejusdem. -

Celsitudo Sua Regia per Consiliarios Supremos sequiens Responsum respectu constitutionis Consiliarij, Ordini Equestri supra factam ab Illo expositionem exhiberi jubebat. ~" —. "Repraesentationem quod attinet, quam Generosus „Ordo Equestris respectu ad Consiliarium Actualem constituti et juramento „obstricti Consiliarij Aulici ac Justitiæ Ziegenhorn, non minus ac respectu „suorum jurium indigenatus Nobilium exhibuit, Celsitudini Suæ Regiæ „non minime mirum atque alienum videri, Ordinem Equestrem id contes„tare velle, quod non solum in formula Regiminis admodum clare ac dilu„cide sed et in alijs ab Generoso Equestri Ordine adductis legibus firmatum, „ac ab Jis ipsis exempli gratia in decisione Commissoriali de Anno 1717. „ad desiderium 1$^{mum}$ pro cognito et manifesto acceptatum fuit: siquidem

insu-

„ — „insuper clare patet, quod jura Provincialia in tot tantisque locis
„ et personis Civici Status denominationem Indigenarum absque praejudicio
„ jurium indigenatûs Nobilium tribuant. — Celsitudo Sua Regia admodum
„ quidem perspectum Sibi habet, quod in constituendis Consiliarijs - Perso:
„ nis Nobilibus, si ad id qualificatae fuerint, praeeminentia merito com:
„ petat: cum vero et Personae Civici Status ab hoc eventualiter exclusae
„ non sint, ac Eadem praecipue praesentibus multifarijs negotijs in his
„ fere eversis Ducatibus ejusmodi Consiliario opus habeat, qui omnium
„ Jurium - Legum - Statutorumque hujus Provinciae quam optime gnarus
„ ac praeterea cum in Ecclesiasticis et Soecularibus tum in Civilibus
„ et Criminalibus alijsque Juribus satis sit versatus atque peritus; Celsi:
„ tudo Sua Regia Consiliarium Aulicum ac Justitiae Ziegenhorn tanquam
„ Actualem Suum Consiliarium constituendi eo minus supersedere potuit,
„ quo Ejusdem Parens in qualitate personae Civici Status, secundum omnes
„ desuper acceptas informationes, quinquaginta et quod excedit annos uti:
„ lia ac salutaria Provinciae reddiderit Officia, praeterea Ille - ipse in Pro:
„ vincia natus ac educatus, et jam per 25. annos praecipua et plena Pro:
„ vinciae confidentia usus fuerit, immo et jam ex Anno 1737. Officia
„ Consiliarij Curlandici sub Summa Sacrae Regiae Majestatis Authoritate
„ hacque sub appromissione Consiliarijs tum regentibus praestiterit; quod
„ simul ac Advocaturae Aulicae renunciaret, actualis Illi Consiliarij =
„ dignitas conferri deberet. — Cui adhuc accedit, quod statim post Celsi:
„ tudinis Suae Regiae in Ducatus adventum, Ejus eruditionem ac dexte:
„ ritatem non solum omnes Consiliarij Supremi sed et unusquisque fere
„ cum quo Illa Ejus causa collocuta est, de meliori nota Eidem commen:
„ daverint: quemadmodum et Celsitudo Sua Ipsa in peracto Suo Petro:
„ burgi negotio Ejus habilitatem ac absque aliquo ad privatum com:
„ modum respectu, pro bono publico - Patriae - Generosique Ordinis Eque:
„ stris salute, studium satis Sibi perspectum reddidit. — Celsitudo Sua
„ Regia itaque hoc respectu nihil ulterius concedere potest, quam quod
„ Illa et in hoc passu Jura Indigenatus ubique sarta tectaque servare
„ spondeat; et eum in modum in constituenda secunda vacante Consi:
liarij

„liarij Dignitate, futurisque vacantijs testetur, Se in hoc Nobilitatem,
„si qualificatae ad hoc inter Eam fuerint personae, nentiquam praeteritu=
„ram sed potius prae alijs promoturam esse. ~ Persuadet Sibi igitur
„eo magis Celsitudo Sua Regia, Equestrem Ordinem, evitandae omnis dis=
„sensionis ac disensionis inter Caput et membra studio, remonstra=
„tionibus Suis non ulterius instituruum esse; quò Illa nullomodo in hoc
„Juribus Suis - Suique Consiliarij Dignitatè ac Competentijs derogare
„aliquid possit. ~ Qua ex causa, etiam propter denegatam Ipsi in Con=
„ventu Provinciali consessionem, quamvis invito, ad Sacrae Regiae Ma=
„jestatis declarationem et decisionem provocavit; et quin in omnem
„eventum adhuc provocet, evitare non potest." — Postquam interea in=
„tuitu Literarum Reversalium Conventus Publicus limitabatur, et
„die prima Octobris continuabatur, haec materia ad tertiam Novem=
„bris usque quievit: quo die Generosus Ordo Equestris praesens grava=
„men, quod reipsa deductio et vi proprij ejus contenti vid. № 1. ad da=
„tum d. 29. ejusdem Responsum Replica est, offerebat: quo facto, Celsi=
„tudo Sua Regia d. 7. Novembris pro primo subsequentem illis propo=
„sitionem per Consiliarios Suos Supremos perferri curavit. ~. —

„Celsitudo Sua Regia Dux ac Dominus Noster Clementissimus nun=
„quam putavit, quod competens Ipsi secundum claram Legis fundamen=
„talis dispositionem libera Consiliariorum constitutio, quae et ab omnibus
„Antecedaneis Curlandiae Ducibus - nimirum a Duce Gotthardo - Friderico -
„et Vilhelmo - Jacobo - Friderico Casimiro - Friderico Vilhelmo - Ferdinan=
„do - et Ernesto Joanne exercita et a Consiliarijs Supremis Eius non
„dissuasa fuit, in forma gravaminis in dubium vocari debuerit: siqui=
„dem Illa jam desuper benignissime ac eò mentem Suam declaraverit,
„Se hanc causam, in casu quod Generosus Ordo Equestris in hoc acquies=
„cere non posse putaret, ad decisionem Regiam devolvere non detrecta=
„turam fore. — Quemadmodum itaque Celsitudo Sua Regia hanc causam
„in medio ex omni parte praenominatae postremae declarationis Suae
„ac futurae Summae Decisionis ejusdem relinquit, ac eo tempore summa
„Sua Jura respondendo adductis argumentis satis in lucem proferre
ac

 — = ac confirmare Sibi reservat; ita et nec in jamjam subsecuta, nec
„ in futura Consiliarij Constitutione, firmatis per non interruptam pos-
„ sesionem Juribus Suis nihil derogatum vult, nec quod Consiliarius Ejus
„ in administratione Officij Sui ullo modo limitetur permittere potest."
— „Cui congruenter quoque Celsitudo Sua Regia Consiliarium Suum die
27. Novembris Lando publico subscribere ac in omni pro Actuali Suo
Consiliario se gerere jussit: id quod etiam subsecutum est. – Nunc vero
nil nisi hoc reliquum est, quod Celsitudo Sua Regia conformiter poste-
riori Suæ declarationi, et postquam causa haec denuo Lando publico
ad decisionem Regiam est remissa, respectu Ejus, Summa Sua Jura
respondendo adductis Argumentis deducat; in quem finem majoris dilu-
cidationis gratia gravamen in uno latere, et ad materias ubi necesse
visum est responsio, pro facilitanda perlustratione, in altero latere,
et quod brevitatis studio sub titulo Replicæ conscriptum est, quamvis
re ipsa haec res jam secundam responsionem ad iteratam Generosi Ordi-
nis Equestris repraesentationem contineat. ~ " —. ~ . —.

= G r a v a m e n. —

Quod a Generoso Equestri Ordine Serenissimæ Celsitudini Regiæ Domino
ac Principi Nostro Clementissimo ad justissimam Ejus abolitionem humil-
lima devotione exhibetur Paragraphus quintus Pactorum primoevæ Sub-
jectionis, qui sequentis est tenoris: = „Ut solis Indigenis et bene pos-
„ sessionatis Dignitates – Officia – et Capitaneatus ad instar Terrarum Pru-
„ ssiæ conferre dignetur, prout Nobis Regiæ Majestatis nomine promissum
„ est; utque praescribantur a Nobis Dignitates – Officia – et Capitane-
„ atus; et quando? et quibus quisque praeficietur?" = expresse in se
continet: ut Dignitates et Officia solis Indigenis Iisque bene Possessionatis
conferantur. — " —. ~ " —. ~ " —.

## Replica ad Gravamen propositum.

Allegatus hic locus non in subjectionis Pactis, sed in Privilegio a Divo olim
Rege Sigismundo Nobilitati concesso, legitur. – Est itaque primo contra
hoc in genere monendum: praecautionem hanc remanentem Anno 1561.
immediate sub Regia Poloniarum Majestate Nobilitatem Livoniensem
proprie concernere; quemadmodum ergo non solum in confirmatione huju

hujus Privilegij expressum est, = „Utili tamen dominio Illustri- 7.
„ssimi Domini Magistri per hanc confirmationem Nostram in Terris
„Illustritatis Ejus nihil derogantes" ~ , sed et Divus Serenissimus
Curlandiæ Dux Gotthardus in assecuratione, quam Nobilitati Suæ respe-
ctu certi cujusdam Ei concedendi Privilegij de 12. Sept. 1567. dedit, Sibi
reservavit: „ quod extantes nonnulli in Privilegijs Regijs Articuli,
„ qui cum Illustritate Sua controversi, ac Ei Ipsi publicæque utilitati
„ contrarij essent, prius componi deberent." : et in Privilegio Nobili-
tatis proprie Equestri Ordini Anno 1570. concesso et a Divo Serenissimo
Poloniarum Rege Stephano die 28. Novembris confirmato, quàm distin-
ctissime inquit: „ Quod vi praecedentis promissi, per Clarissimos Consi-
„ liarios honoratumque Equestris Ordinis delectum, ex supra memo-
„ rato Privilegio Nobilitatis, tantum quantum ad Curonensem spe-
„ ctaret Nobilitatem, extractum huicque Diplomati insertum fuisset."
In hoc autem diplomate vel Nobilitatis Privilegio proprie sic dicto, nec
ullum verbum de conferendis ad instar Terrarum Prussiæ solis Indigenis
dignitatibus legitur. ~ Perpenso vero e contrario hujus ex Privilegio Divi
Sigismundi Augusti allegationis sensu proprio, illam ex omni parte
contra non vero pro Nobilitate militare apparet. ~ „ Ex pactis Su-
bjectionis enim clare elucet quod vox illa Indigenæ nullo modo a perso-
nis Nobilis Status solum sed et a personis Civicæ conditionis adhibeatur:
nam cum in Quinto Paragrapho Pactorum Subjectionis sermo sit, ~ „ de
„ Judicibus Regijs in Civitate Rigensi constituendis, idque non ex alijs
„ quam Indigenis et bene possessionatis illius Provinciæ Incolis nempe ex
„ Nobilibus Vasallis et Civitatum Senatoribus" , facile exinde, et poste-
riores quoque tanquam personas Civici Status Indigenis bene possessionatis
annumeratas fuisse colligitur. ~ Et adhuc clarius hoc demonstrat paragra-
phus sextus ubi dicitur: ~ „ Officia - Praefecturas - Praesidiatus - Judicatus
„ - Burgrabiatus et id genus, non alijs quam nationis et linguæ Germa-
„ nicæ ac adeo Indigenis conferemus, quemadmodum in Terris Prussiæ con-
„ ferre soliti sumus" ~ . Quod si vero ad id, quod eodem tempore scilicet
1561. in Terris Prussiæ, ad quas cum Subjectionis pacta tum Privilegium
Sigismundi quoad collationem dignitatum provocant, moris fuit, respicitur;
spope

 – – spopondit quidem Marchio Albertus in Privilegio de Anno 1542., quod Incolis Ducatus Nobilibus nulli nationis peregrinæ in administrandis obeundisque Officijs præferri deberent: = dicitur attamen ibidem,
„Si vero praeter hoc periti aliusque nationis adessent Viri, qui Nobis
„Nostrisque Successoribus et posteris grati, ac Ducatui ejusque Incolis
„utiliter – honeste – et dextere inservissent vel inservire possent, et in=
„super in eo ita erga Nos sese praestiterint quo Illis majorem Nostram
„testificemur gratiam, Eosdem hoc respectu promovere Nobis Nostrisque
„Successoribus ac Posteris reservare volumus." ~ · Et porro ex notula Regiminis, quam idem Ille Marchio Brandeburgensis et Dux Prussiæ Albertus Anno 1542. sancivit, tantum solum apparet, quod quatuor primi Consiliarij nimirum Hoffmeisterus – Oberburgrabius – Cancellarius – et Obermareschalcus Indigenæ Ducatus ex nobilitate esse debeant; ut = ad sex aut octo alios Consiliarios autem Sua Illustritas personas bonæ vitæ ac famæ ex Subditis Suis, vel Jis deficientibus alias eligere velit. –

= Quo minus nunc per Pacta Subjectionis sive Privilegium Nobilitatis, personæ Civici status indigenæ id est nationis ac linguæ Germanicae a Dignitatibus Officijsque exclusæ fuerint, eo minus quoque et postea hoc statutum fuit; dum Dux Gotthardus inter alios Civicæ conditionis = Consiliarios et Celeberrimum Illum Salamonem Henningium habuit; qui quum jam diu Illustritatis Suæ Consiliarius, multisque in Legationibus ad Imperatorias Regiasque Aulas adhibitus fuisset, Anno 1566. d. 10. Maij demum tenore Privilegij a Rege Sigismundo Augusto Ipsi concessi, in Nobilitatem evehebatur. ~ Continuat quidem Gravamen his verbis:

= G r a v a m e n. –

Quibus Legibus fundamentalibus congruenter, cum Testamentum Ducis Gotthardi a Consiliarijs peregrinis subscriptum, et subsequentibus iisque turbidis temporibus postpositio ejusmodi Legum non intermissa fuisset, emanavit super gravaminibus exinde ad Thronum usque Regium devolutis praescriptum Commissoriale de Anno 1616., quod in paragrapho suo 5to Consiliarios peregrinos removeri aliosque institui jubet his verbis: =
„Peregrinos Consiliarios amoveant, novosque Eosque Indigenas Nobilitate
„probatos: et ab Ea nominatos substitui faciant." ~ ·

Repl

## = Replica. ~

At vero non praescriptum Commissoriale de Anno 1616., sed formula Regiminis pro Legibus horum Ducatuum fundamentalibus assumpta, et a Serenissima Celsitudine Regia Sua jurejurando Suo homagiali firmata est. ~ Praeterea praesens praescriptum, illum tantummodo tum existentem casum, quo scilicet Commissarij peregrinos Consiliarios amovere aliosque instituere deberent, tangit; et existente adhuc nullo inter Supremos Consiliarios et Consiliarios discrimine, de omnibus tum temporis Consiliarijs sermo hic erat. – Quantum minus vero ex hoc Commissionis praescripto illa eruenda est consequentia, ut etiam sancita jam Regiminis formula, Consiliarij per Commissarios Regios consensuque Nobilitatis constitui debuissent; eo minus quoque in ipso hoc Praescripto reperitur, ut Nobiles Indigenae solum ad Officia Consiliariorum promovendi essent: siquidem expressio illa „Nobilitati probatus" virum Nobilitati gratum, non vero Nobilis conditionis personam denotat; et ulterior, „nominatos ab Ea" relatio, relatum hic loci ab Ordine Equestri non vero a Statu Nobili loqui aperte demonstrat: quemadmodum etiam ipso facto Consiliarius Dreyling semper Consiliarius mansit, quanquam ex Judicio Equestri de Anno 1634. pateat, Illum demum per Privilegium nobilitatum fuisse. ~ " — " ~ " — . ~ " —.

## = Gravamen. —

Quoniam nunc subsecuta hoc facto Commissoriali decisio, in paragrapho suo primo, qui sequentis est tenoris, = „Inprimis sub regimine Illu-
„ stris Curlandiae et Semigalliae Ducis, Supremi Consiliarij Assessores
„ sint hi: Landhoffmeister – Cancellarius – Burgravius – et Landma-
„ reschalcus., omnes quatuor Nobiles Indigenae beneque Possessionati,
„ cum duobus Doctoribus Juris Consultis Nobilibus, itidem si haberi
„ possint vel Jis deficientibus ex Civico Statu" = non aliter nisi secundum pacta primoeva ac Instructionem Dominis Commissarijs creditam explicanda est: ac paragraphus 53. formulae Regiminis eum in modum sonans, = „ his itaque constitutis, illud postremo loco adjiciendum duxi-
„ mus, et cum ea omnia quae hac formula Regiminis continentur,
„ pactis primoevae Subjectionis etc sint conformia, ea deinceps etc observe

 — „observentur, debitæque executioni a Suis Magistratibus deman=
„dentur" hoc ipsum docet; formula Regiminis praeterea secundum
literalem ejus sensum nihil aliud nisi hoc decernit, quod in casu ne=
cessitatis, si nimirum nulli Indigenæ ad obeundum hoc munus idonei
atque apti adessent, Consiliarij ex Civico Statu constitui possent, factam
hanc in formula Regiminis limitationem, non prius quàm Domini Con=
siliarij Supremi tanquam non semper praesentis Nobilitatis Tutores Le=
gumque Custodes vi juramenti ab Ipsis praestiti hunc necessitatis ca=
sum explicuerint proque existente declaraverint, adhibendum esse sole
clarius constat. —" —. — " —. — "

## = R e p l i c a. —

Manet omnino in hac formula Regiminis vera eaque infallibilis norma,
et illa in hoc passu tam perspicua et clara est, ut fere clarius nihil ea
cogitari possit. — Constitutum est scilicet in allegatis verbis hoc, quod sub
Regimine Ducis sex Consiliarij, quibus uno verbo Supremiorum Consilia=
riorum Assessorum nomen est, esse debeant; nimirum Landhoffmeis=
terus — Cancellarius — Oberburgravius — et Landmarechallus, una cum du=
obus Juris-doctoribus. — Respectu quatuor priorum Consiliariorum expre=
sse dicitur, ut sint Nobiles Indigenæ beneque possessionati; de binis po=
sterioribus vero nihil evidentius illis terminis „itidem ex Nobilibus,
„vel Iis deficientibus ex Civico Statu" esse potest. — Ex hoc itaque,
primam formulæ regiminis propositionem, quod Dux scilicet praeter Land=
hoffmeisterum — Cancellarium — Oberburgravium — et Landmarechallum
duos adhuc Doctores Juris vel Doctoralis scientiæ personas, tum ex Nobi=
li tum ex Civico Statu, ad Consiliarios promovere possit, firmam ma=
nere sequitur. — Subsecuta postea in hoc puncto observantia, expressis
hujus Legis verbis semper conformis fuit: dum ad unum omnes Duces
et quidem solum pro Eorum lubitu ac capacitatis dijudicatione, tum ex
indigena Nobilitate tum ex peregrina tum quoque ex Civico Statu per=
sonis, obeundum hocce munus detulere: et nullo unquam tempore,
nec reliqui Consiliarij nec Ipse Equestris Ordo, utrum inter Nobilitatem
aut Literatorum Civici Status numerum obeundi vacantis Consiliarij
muneris capacissimus adesset? dijudicare Sibi arrogarunt. — Sic quidem
Actu

Actuales immediate post annum 1617. Consiliarij, nimirum Consiliarius Dumberge et Doctor Dreyling nobilis conditionis fuerunt: institutum attamen Anno 1634. Judicium Equestre, Illos demum per Privilegia Nobilitatem nactos fuisse, demonstrat. — Promovebatur porro Anno 1634. die 2. Januarij ad Consiliarij dignitatem Ducalis Cameræ Secretarius Kuhnrath, et attributus Ipsi in Ejus diplomate titulus „Spectabilis ac clare doctus", non solum Illum tum temporis nondum nobilitatum fuisse clare demonstrat, sed et habitum eodem Anno Judicium Equestre idem illud expressis verbis confirmat; qui nobilitate autem postea per Privilegium donatus, tanquam Consiliarius primum Indigenatum obtinuit. — Factus est deinde Anno 1635. die 26. Martij Consiliarius Doctor Christophorus Derschovius; qui quanquam esset Nobilis, nec tum temporis, nec quamdiu Consiliarius fuit, Indigenatum inter Equestrem Ordinem consecutus est; quemadmodum nemo, filium Suum Generosum Locum-tenentem à Derschaw Friderico Casimiro Duce demum pro Nobili Indigena declaratum fuisse ignorat. — Hi duo postquam multos annos in qualitate Consiliariorum vitam degissent, demo Fiscalis Onuphrius Goesler ad hanc dignitatem evectus est: concessum Eidem hoc respectu Dyploma, tributusque in eo Ipsi Titulus, non minus ac viventes adhuc Ejus Posteri, et in mortem pie defuncti Consiliarij Goesler Ejusque Conjugis et Filiæ confecta et in omnium manibus versantia velera carmina, admodum clare Eundem Civicæ conditionis fuisse Virum, in illa vixisse ac denique obiisse, probant. — „ —. Aequali modo et post Eum ex Civico Statu Consiliarij fuerunt Ruprecht, Lau, Radski et Hartmann; et veritas illa adeo parum in dubium unquam vocata fuit, ut in ipsa Commissione de 1717., cum Nobilitas Jurium Suorum nentiquam oblita, notorio modo omne possibile in contumaciam Principis obtinere operam navaret, eadem expresse in desiderio Primo confiteatur. —„ —

„ad Consiliarios, Nobiles si haberi possunt, vel Iis deficientibus ex Civi„co Statu ejusmodi personæ promoveri debent, qui eruditione et dexteri„tate sint conspicui, et Jurium hujus Provinciæ optime gnari." —„ —

= Pro secundo. — Ex allegatis formulæ Regiminis verbis clare patet, quod omnes sex in illa denominati Consiliarij ejusdem praeeminentiæ — authoritatis — ac potestatis esse deberent, quemadmodum non solum notum illud

principij

 „ – principium „lege non distinguente, nec nostrum est distinguere", sed et subsequentes ejusdem legis paragraphi sub voce „Consiliariorum" omnes sex et consequenter quoque duos Doctores Juris comprehensos fuisse, quàm dilucidissime confirmat. – Dicitur enim expresse in paragrapho nono formulae Regiminis: „a Judicio Capitaneorum appellationes ad Judicium Prin„cipis Aulicum supra nominatorum Consiliariorum interponantur." ~ Quamdiu vero formula Regiminis substitit, duos Illos Doctores Juris tanquam Consiliarios una cum Duce Judicijs Aulicis vel Appellationis semper interfuisse, constat. – Non minus in paragrapho septimo formulae Regiminis aperte expressum est: „Neque vero quisquam Consiliari„orum sive Capitaneorum commemoratorum omnium, absque gravi „et justa legitimaque causa, de qua Princeps cum Consiliarijs et qua„tuor Capitaneis majoribus cognoscet, loco movebitur." ~ Et Generosus Ordo Equestris Ipse idem hoc Anno 1717. coram Commissione Regia confessus est, ubi in Deciso ad Gravamen 12. in fine dicitur: „Ne vero „quisquam in posterum sive Consiliariorum sive Capitaneorum omniū, „absque gravi – justa – legitimaque causa, de qua Princeps praesens in „Ducatu et investitus cum Consiliarijs et quatuor Capitaneis majori„bus, vel absente et minorenni needumque investito Principe, Soli Consi„liarij Supremi regentes adjunctis Capitaneis Majoribus cognoscent, „loco moveatur." ~ Quibus verbis expresse disponitur, et in tantum etiam hic allegatur, quod praesente Principe ad cognitionem remotionis Officialium, omnes Consiliarij requirantur. – Huic vero ac indubitato quoque Regiminis formulae sensui, prioribus annis ex omni parte satisfactum est: siquidem de distinctione inter quatuor priores et duos posteriores Consiliarios, Generosus Ordo Equestris tempore perturbatarū quarundam Ducalis Domus circumstantiarum primum cogitare coepit; hancque limitationem, contradicente formula Regiminis ipsi extorsit. – Hunc in modum factum est, quod Anno 1636., quum Dux Fridericus nullo Sibi Filio, Duceque Vilhelmo amissionem Feudi passo, in Polonia successionis negotium una cum Nobilitate in favorem Fratris Sui Vilhelmi Filij Jacobi promovere operam impenderent, Equestris Ordo tum primum dignitatem et praeeminentiam duorum posteriorum Consiliaz

liariorum prae Capitaneis Majoribus impugnare coepit: et quanquam in paragrapho formulæ Regiminis 5to dilucide et absque omni discrimine dispositum sit, „secundum hos Consiliarios Assessores proximo loco in „Ducatu sint Capitanei Majores quatuor." ac Dux Fridericus in ipso Lando publico „se convictum esse secundum formulam Regiminis Consi„liarijs Suis Sessionem ac præeminentiam prae Capitaneis Majoribus „competere" non neget; Principem attamen eò commoverint, ut evitandi ulterioris anfractus causa, tenore Landi publici de 23tia Augusti 1636. Capitaneis Majoribus præeminentiam prae duobus Consiliarijs Doctoribus, et quidem contra clarum formulæ Regiminis sensum concesserit. — Et si nunc quidem Dux cunctis infractionibus ac consequentijs futuris eò pervenisse putaret, quod porro in eodem paragrapho hujus Landi statuerit; „praeterea vero supranominati duo Consiliarij una „cum reliquis quatuor Consiliarijs, congruenter formulæ Regiminis, auto„ritate ac respectu pro nunc et in aeternum aequales esse ac censeri de„bent"; nihilominus infracta semel hunc in modum Regiminis formula, Generosus Ordo Equestris in hoc non acquievit; verum Anno 1642., cum Comissio Regia immittendi Ducis Jacobi causa adesset, omnibus viribus hocce primum Ducis Collegium sex Consiliariorum, qui tum temporis uno nomine Consiliarij Regiminis appellabantur, disjungere contendit, rogantes ex hac causa: „1°) quod ultra hos commemoratos sex Con„siliarios, alios adhuc habere Principi licitum non esset.-2°) quod duo„bus Consiliarijs, qui ex Civico Statu quoque promoveri possent, non una „eademque cum quatuor prioribus Consiliariis esset denominatio; sed ut „hi Consiliarii Regiminis, illi vero Aulici appellarentur.-3°) quod cele„brante Duce cum Nobilitate Conventum Provincialem, quando Nobili„tas stare obstricta est, nonnisi quatuor primis non autem binis reli„quis Consiliarijs considendi proxime Ducem facultas esset.~4°) quod „absente ex Ducatu Principe, quatuor primi Consiliarij non autem hi „duo alteri Judicia Jurisdictionemque administrarent." ~. His itaque Petitis quum Ordo Equestris quàm maxime institisset, ac eo tempore noviter creatus Dux Jacobus Exfeudati Vilhelmi Ducis Filius, qui quamvis ex rationibus politicis accelerandæque in Ducatum immissionis gratia:

plurz

— plura connivere debuit, in hoc tamen condescendere recusasset; sed in Compositionis actu Paragrapho quinto et Sexto tantum solum promisisset: — Paragrapho Quinto. „ quod praeminentiam sessionemque Consilia-
„ riorum attinet; Illustritas Sua Illos in debito Iisdem respectu, jubente
„ de Anno 1636. Laudo publico, conservari justum ac aequum esse arbi-
„ tratur: tali modo, ut quatuor prioribus prae omnibus, exceptis Comi-
„ tibus aut Exterorum Legatis vel etiam primarijs Sacrae Regiae Majesttis
„ Officialibus qui et jam antea primum locum habuerunt, Sessio compe-
„ tat; post Illos autem quatuor Capitaneis Majoribus, et tum denique duo-
„ bus reliquis Consiliarijs Nobilis conditionis qui nunc sunt vel in Illorū
„ locum in posterum succedent." ~ Paragrapho sexto. „ Equestris Ordinis
„ causae, a nemine nisi a Collegio quatuor Consiliariorum Supremorum
„ ac duorum reliquorum Consiliariorum Illustritati Suae proponi debent."

Nobilitas porro supramemorata Ejus desideria decisioni Commissionis Regiae obtulit, magnisque precibus tandem obtinuit, ut Commissio Regia deciderit: 1°) Quod Dux extra sex Illos Consiliarios, alios Eosque privatos habere non deberet. – Notandum tamen est hic loci, ut Commissio Regia, quamvis Doctor Derschovius tanquam Nobilis Extraneus, cujus Filius post fata Patris demum Indigenatum nactus est, inter sex Regiminis Consiliarios fuerit, nihilominus Consiliarium Vischer uti privatum non obstante Indigenatu Ejus removerit; Regiminis Consiliariorum Derschovij e contrario non minus ac Kubenrathij dignitates, qui posterior Civici Status et ex Camerae Secretario Consiliarius factus, posteaque primum cum Nobilitatem tum Indigenatum consecutus erat, haud impugnatae manserint. – Cum vero in formula Regiminis nec verbum de eo reperiatur, quod Curlandiae Dux extra sex Illos Regiminis Consiliarios alium nullum habere possit; quam apertissime in hoc passu Juribus omni Principi competentibus et a Ducibus Curlandiae semper exercitis derogatum esse patet. – 2°) Secundo loco eadem Commissio Regia porro decidit, quod Dux in posterum primis quatuor Consiliarijs Titulum „Nostri Consiliarij Supremi" duobus alteris autem „Consiliarij Nostri" tribueret. – Provocat equidem ejusmodi decisum ad Regiminis formulam: at vero omnis is qui eam legit ejusque antededucta per-

pend

perdit, omnes sex Consiliarios uno nomine Consiliariorum in illa = appellatos fuisse facile perspiciet; praedicatumque illud „Supremi", nonnisi, quod hi sex Consiliarij Supremi, primarij in Ducatu esse debeant, designare. – Hac differente denominatione non obstante, Commissio Regia respectu Consiliariorum, qui et ex Civico Statu eligi possunt, concedere tamen recusavit. ~ Ad 3tm) ut Illi, si Ordo Equestris stare deberet, sedendi facultatem non haberent; sed expresse, et absque ulla distinctione addidit: „ qui quidem Domini „ Doctores, in obeundis publicis functionibus Statum Ducalem ejusque Regimen concernentibus - Officijsque expediendis, paris erunt dignitatis et potestatis." ~ Et secundum ipsum hoc decisum, sextumque Commissorialis de Anno 1642. Compositionis paragraphum, ubi nimirum clare expressum est, quod Nobilitatis causae ab omnibus Consiliariis simul Duci proponantur, incomprehensibile quid esse videtur, Generosum Ordinem Equestrem inchoante Conventu hoc Provinciali in animum inducere potuisse contra id excipere, quod Actualis in presens Consiliarius Ziegenhorn non una cum Consiliarijs Supremis ad Conventum publicum accedere ibique locum debitum occupare deberet? cum tamen allegata haec ab illa ipsa Lex ex asse ei contraria sit, manifestaque observantia contra Eum pugnet. ~ Essentne nuda verba pretereaque nihil, quando dicitur, ut duo Consiliarij Doctores cum alteris quatuor Consiliarijs paris authoritatis - Respectûs - dignitatis - ac potestatis esse, nobilitatisque causas Duci proponere deberent, si Princeps Illos cum reliquis Consiliarijs aut tam bene quàm coeteros ad Nobilitatem delegandi facultatem non haberet? ~ Et qualis essetne hoc pro Principe et Consiliarijs indignitas, si in Congressu publico Principis Consiliarij tanquam Ejus Ablegati juxta Nobilitatem stare deberent? Ea vero considerare vellet? ~ Aut quomodo Consiliarijs cum Nobilitate deliberandum esset, si competens Illis Sessio denegari vellet? ~ Tali modo: quoque Consiliarios ab immemorabili tempore Landis publicis subscripsisse constat. – Inter alia, et in Lando Anni 1637. die 29na Januarij nominatim dicitur: „ Hos itaque etc, audita per Consiliarios Illustritatis Suae nomine ad Nos delata propositione, cum Illis deliberavimus „ eoque convenimus. etc" Quo facto porro circa finem haec leguntur verba: = „ In majorem veritatis fidem, juxta Ducales Dominos Consiliarios

„et N

 — „et Nos praesens Equestris Ordo huic Instrumento subscripsimus, =
„ illudque Sigillis Nostris communivimus." —. Quae quidem verba, imme=
diate subscriptio Landhoffmeisteri - Cancellarij - Consiliarij Künrath - ac
Doctoris Derschovij qui Exoticus fuit, subsequitur. - Pariter et Composi=
tionem Commissorialem de Anno 1642. Iidem Illi duo Consiliarij, variaq[ue]
subsequentia Landa publica subscriptione confirmarunt: id quod et a
succedentibus Consiliarijs semper observatum fuit: quemadmodum in=
ter alia Consiliarius Goesler /: in qualitate personae Civici Status vixit
obijtque:/ eo tempore, quo Equestris Ordo omnia quae inveniri modo po=
terant gravamina contra Ducem Fridericum Casimirum congessisset,
subsecutam supra his gravaminibus compositionem, non minus ac
perplura Landa tum antea tum post et ad mortem usque subscrip=
sit: in quibus quidem Landis quam plurimum dicitur, quod subsequen=
tes articuli etc. a Duce cum Consiliarijs Suis a Generoso Equestri Ordine
collibiti decretique fuerint. - Decidit denique ad summum Ducalis Domûs
totiusque Ducatus praejudicium Commissio Regia de Anno 1642. : „ Sede
„ vero vacante, vel Principe ex Ducatu absente, vel in minorennitate
„ existente, soli quatuor Consiliarij Supremi juxta formulam Regiminis
„ Ducatum - omnia gubernationis munia et jam in inducendo Conventu
„ administrabunt." ~. Nunc quidem hoc juxta formulam Regiminis deci=
sum fuisse, quàm distinctissime dicitur: at vero nemo omnium qui Regi=
minis formulam legit deciesque relegit, hoc illâ contineri unquam repe=
riet: sed generaliter ibi sonat: = „ Principem, si abesse a Ducatu vel =
„ minorennem aut infirmum esse vel etiam mori contigerit, praefati
„ Consiliarij Jurisdictionem et Judicia exercebunt; mandata et sententias
„ aliaque omnia administrationis munia Principis nomine, quandiu in
„ vivis erit, expedient ac promulgabunt; atque haec Jurisdictio Eorum =
„ etiam mortuo Principe indivisa atque in solidum censeri debebit, ut
„ uno pluribusve Eorum defunctis, reliqui munere Suo plene fungantur." -
Et potest adhuc /: praeter sufficientem illam deductionem, quod sub voce
Consiliariorum omnes sex Regiminis Consiliarij comprehendantur:/ adhuc
clarius aliquid illa expressione esse, ubi nimirum sonat, et mortuo =
Princ

Principe, Jurisdictio praefatorum Consiliariorum scilicet omnium sex-
uno pluribusve Eorum defunctis indivisa et in solidum exerceri debet? –
Hîc vero si de quatuor prioribus solum sermo esset, ac plures Eorum nempe
duo vel tres mortui fuerint, talis exinde resultaret sensus, quod et unus
solus Jurisdictionem exercere possit; id quod tanquam absurdum quid, nec
supponi quidem potest! –. Pariter, absente Principe tanquam totius Sta-
tus capite, eò majorem a Consiliarijs curam – vigilantiam – dexterita-
temque requiri patet; quod Illis eo tempore Ducalis Domûs – Ducatûs ac
denique Civitatum salus, praecipuè curæ cordique esse debeat. – Et quid?
Illi tum ab hoc excludi debent, qui Jurium Provincialium optime sunt
gnari, quosque Princeps pro lubitu tum ex Nobili tum ex Civico Statu
nominare potest. – Non obstante hoc essentiali detrimento, quod Duca-
tui tam ex exclusione horum Consiliariorum quam ex regimine quatuor
priorum solum, quorum saepius nonnulli in literarum studijs plane
non sunt versati imo cunctis administrationis munijs expediendis non
sufficiunt, adfertur; id quod cum tristis subsecuta in Curlandia expe-
rientia, tum et eversæ fabricæ ac manufacturæ adflictaque Civitatum
facies satis clare ante oculos ponunt: Nobilitas nihilominus sub
praetextu Actorum Borussicorum Anno 1717. amplius hoc extendere non
desijt. – Hoc autem modo Principi absenti omnia adeo sublata sunt,
ut Consiliarij Supremi ut in omnibus ita et in oeconomia pro lubitu
disponere queant. – Cum tamen nihil singularius esse potest, quam quod
Princeps a Ducatibus Suis absens ex hac causa ab omni Suo bono exclu-
sus esse, Consiliarij Ejus autem sine consensu et praescitu Suo tanquam
Supremi Domini in illis gubernare, imo in casu minorennitatis proximi
Agnati a Tutela excludi debeant; id quod Anno 1698. Duci Ferdinando
tamen, existente tum in minorennitate Duce Friderico Vilhelmo, tanqua
patris Sui Fratri a divo Rege Poloniæ Augusto Secundo concessum fuit. –
At vero cum Dux Ernestus Joannes Anno 1737. a Regia Majestate Dux
crearetur, obtinuit simul, ut etiam in Ejus a Ducatibus absentia guber-
natio et administratio horum Ducatuum penes Illustritatem Ejus sint,
Ejusque nomine – consensu et per Illustritatem Ejus gerantur; exercuitque
quoque

 —quoque, nullo contradicente, ad casum Ejus usque hoc regimen: attamen cum Ille se ad observandas omnes, nullisque exceptis de Anno 1642. Commissoriales decisiones obstrinxisset, Consiliarius Hartmann tum temporis ab administrando nomine et Consensu Principis regimine Comitijsque Provincialibus in absentia Principis exclusus permansit. — Quoniam nunc vero Celsitudo Sua Regia, inque praesens quam felicissime regnans Dux Carolus, ad manutenendas Leges fundamentales scilicet Pacta Subjectionis et formulam Regiminis, sine omni exceptione juramento Ejus homagiali se obstrinxit; ita et Illa in editis, praevia desuper cum Equestri Ordine ante homagialem actum Reversalibus, plane ab hoc recedere non voluit potuitque; et ex hac causa satisfaciendis decisionibus Commissorialibus Laudisque publicis non aliter subscripsit, quam quatenus illæ ex Legibus fundamentalibus fluerent, ijsque non essent contrariæ; quamvis Nobilitas illas simpliciter ceu fundamentales leges adscisci desiderasset. — Cum itaque decisiones Commissoriales de Annis 1642. et 1717. fundamentales Leges non sint, Regia Celsitudo Sua quoque in juramento homagiali earum respectu non sit obligatus: praeterea etiam per Literas reversales petitias a Sacra Regia Majestate ad Instantiam Illustrissimi Ducis Generosique Equestris Ordinis confirmatas, in tantum eas modo adscivit, in quantum cum fundamentalibus Legibus congruentes essent: omnia etiam pro Ejusdem Juribus militare patebit, si demonstrari poterit, quod hocce punctum formulæ Regiminis non sit conforme. — Generosus Ordo Equestris autem non modo non contentus est eo, quod contra formulam Regiminis antea obtinuit, sed et initio novissimi Conventus primo contra id demum excepit, quod Ducis Consiliarius in Conventibus publicis locum habere non posset: devoluto vero ad decisionem Regiam puncto hoc, et cum animadverteret contradictorium esse quod Princeps Consiliarium Suum ad Conventum ceu Ministrum Suum ablegare non posset, tandem Eum Consiliarij munere plane fungi non posse praesenti novo gravamine affirmare ac sustinere studuit: quod tamen minime fundatum esse tam ex praemissis clare perspicitur, quam et ex sequentibus patebit. —

Ge-

## = G r a v a m e n. =

Facta eum in modum a Dominis Consiliarijs Supremis Consiliarij Aulici et Justitiae Ziegenhorn tanquam Consiliarij adhibitio; quodque Ji, antequam defectus existentis casus satis probatus fuerit Eum Regiæ Celsitudini quàm optime commendaverint; manet natura sua manifestum, contra Illos gravamen: ex quo Equestris Ordo eo justiorem percipit dolorem, quo Illi incapacitas Principi Suo inserviendi imputetur; ac hic procedendi modus Universæ Nobilitati, Regiam Celsitudinem Suam pro justissima ejus abolitione implorandi ansam praebeat. —

## = R e p l i c a. =

Mirandum certe est, quod Equestris Ordo quanquam eo tempore quo pie defunctus Consiliarius Hartmann non minus ac modernus Ziegenhorn in Regiminis negotijs adhibiti fuerunt, quam soepissime Comitia Provincialia fraternasque conferentias celebraverit, nunquam aliquid nec contra unum nec contra alterum monuerit; nunc vero ad impugnanda contestandaque gravamine Suo manifesta Celsitudini Suæ Regiæ jura, a quibusdam malevolis sese inducere passus fuerit. — Quis enim a Generosis Consiliarijs Supremis persuadere sibi potest, quod Illi, si inter Nobilitatem aptissimum ad Consiliarij munus invenissent Subjectum, illud praeterijssent? At vero, si dicendum quod res est, ejusmodi Subjecta idonea admodum pauca dantur, et rarissime non solum inter Nobilitatem sed et personas Civici Status inveniuntur; et ex hac causa etiam semper inde, ubi nimirum reperiuntur, ulla Status indigenatusque ratione habita, desumpti fuerunt. — Quo minus igitur per 160. pluriumque annorum spatium, Nobilitati promotio Subjectorum Civici Status dolori esse potuit, eo minus pro lubitu eruta illa consequentia, ac si hoc toti Equestri Ordini incapacitas Suo inserviendi Domino imponeretur, locum sibi vindicare potest: satis enim constat, complurimos e medio Nobilitatis nonnisi in Literas elegantiores — politiorem eruditionem — aliasque Scientias, quæ Nobili digno Eundemque qualificatum reddunt, incumbere; nunquam vero ex professo studio Juris omnibusque amplissimis ejus partibus se dicare; cum tamen in Curlandia nomen Jure-Consulti nemo sibi vindicare possit, nisi in Jure Patriæ et partim

„ = Regni Poloniæ non solum, sed et ob Jura Germanorum per Privilegium Sigismundi Augusti praecauta, in Jure quoque Germanorum Civili - Canonico - Criminali - Ecclesiastico - Feudali - Publico - alijsque omnino sit versatus. — Praeterea ex illa quoque ratione, minus justa querela hæc esse videtur: quoniam Nobilibus non modo Dignitates quatuor priorum Consiliariorum - quatuor Capitaneorum Majorum, octo Minorumve privative prae omnibus competunt, sed et ad plura alia Officia aditus Ipsis patet: et in praesenti casu omnino adhuc considerandum venit, quod Ipsi Supremi Consiliarij tum et perplures ex Nobilitate Consiliarium Ziegenhorn Celsitudini Suæ Regiæ de meliori nota statim circa adventum Ejus commendatum voluerint; Illa quoque in peragendo Petroburgensi negotio utilissima Ejus Officia ibi adhibere, et consequenter illa perspecta Sibi reddere, occasionem habuerit. ~ Quid quod? Ipse Equestris Ordo, exortis Anno 1751. dissidijs, Illum a consilijs Sibi cupiens Regiæ Majestati supplicavit, mandatumque hoc respectu exportavit: quod vero mandatum, cum Ille interea ad Consiliarij Ducalis Officia Domui Ducali praestanda Se obstrinxisset, ad Regiminis instantiam ac supplicationem a Sacra Regia Majestate commutabatur: ac Ille in functione Consiliarij conservabatur: in qua quidem Dignitate, ad componenda inter Regimen et Nobilitatem dissidia in subsecuto Anno 1752. Conventu Illum haud parum contribuisse, quis est qui nesciat? ~ Gravamini huic, inconsuete sub titulo Historiæ annexa puncta, jam ex praemissis maxima ex parte refutantur: quapropter nonnisi factae hic loci annotationes paucis adhuc illustrandæ esse videntur. —

= G r a v a m e n. ~.

Historiæ gratia, et subsequentia Legum Ducatuum loca in censum vocari possunt. — Paragraphus enim undecimus Landi publici de Anno 1636. praeeminentiam tantummodo Consiliariorum quæstionis, his verbis ordinat: = „postquam quoque per aliquot temporis spatium inter Consili-
„arios Nostros Doctores et quatuor Capitaneos Majores propter praeemi-
„nentiam contentio orta fuit, ac Nos secundum formulam Regiminis
„non aliter quam ut ea Consiliarijs Nostris competat invenire possu-
„mus, hæc quoque causa a pluribus jam Conventibus ad Regis decisione

remiss

„remissa fuerit; Nos attamen, cum evitandæ ulterioris litis, tum et:
„ testificandæ Nobilitati Gratiæ Nostræ causa, quatuor Capitaneis Majo=
„ ribus tanquam antiquissimo nobili Genere natis et nullis alijs, prae=
„ eminentiam prae binis Consiliarijs Doctoribus aut Illis successuris
„ concedere assignareque volumus: quoad reliquum autem, supra me=
„ morati duo Consiliarij Nostri, aequali cum reliquis quatuor Consilia=
„ rijs, vi formulæ Regiminis, authoritate ac respectu nunc et ad perpe=
„ tua usque tempora esse conservarique debent." ~ „ — Commissorialis
de Anno 1642. Decisio ad gravamen quartum et quintum: = „Sed ne quid
„ eo ipso formulæ Regiminis derogetur, neque plures Consiliarij praeter
„ Eos qui expressi sunt in Provincia in posterum adhibeantur, cavemus
„ hisce declarantes, ut Illustrissimus Princeps Eum quantocyus ad Capi=
„ taneatum etc. aliasque subsequentes Dignitates juxta formulam
„ Regiminis promoveat; Ipse vero Princeps postmodum a vocatione insti=
„ tutioneque privatorum Consiliariorum abstinere tenebitur. — Quod vero
„ attinet Generosum Eberhardum ab Ahnen Aulæ Suæ Illustritatis Prae=
„ fectum; et siquidem non sit Indigena hujus Ducatus, tamen cum prope
„ suam aetatem in servitijs Suæ Illustritatis consumserit, et quoque Sua
„ Illustritas apud Nos diligenter intercessionem Suam pro Ipso interpo=
„ suerit; Nos vero itidem partes Nostras et Authoritatem Nostram apud
„ universam Nobilitatem interposuerimus; Eundem cum consensu prae=
„ fatæ Nobilitatis in hoc Officio Consiliariatus conservandum esse duxi=
„ mus; modo ne id in posterum exemplo sit ad inducendos peregrinos, In=
„ digenasque Magistratibus gerendis excludendos. — Interea Dominus ab
„ Ahnen a publicis consultationibus prorsus abstineat. — Quando vero
„ Idem Generosus ab Ahnen indigenatum apud Nobilitatem impetra=
„ verit, Ipsum juxta praescriptum Laudi quo Indigenatum acquisiverit
„ munerum et beneficiorum obtinendorum capacem esse praesentium vi=
„ gore declaramus; non praejudicando Decisionibus et Laudo Judicij
„ Equestris, quinimo in robore suo conservando" ~. — Casus cum Se=
cretario Crupert et paragraphus quintus Actus Compositionis ejusdem
Anni: = „Respectu praeeminentiæ ac sessionis Consiliariorum, Illustritas
Sua

 – „Sua pro aequo meritoque Illos in debito respectu, ut in Laudo pu=
„ blico de Anno 1636. continetur, haberi existimat: et quidem tali modo,
„ ut quatuor prioribus, præ omnibus exceptis Comitibus - aut Exterorum Le=
„ gatis - vel etiam prim-arijs Majestatis Suæ Regiæ Officialibus, qui
„ jam antea primum locum habuēre, Sessio competat; post Illos autem
„ quatuor Capitaneis Majoribus, et tum denique duobus alteris Consili=
„ arijs nobilis conditionis, qui nunc sunt vel in posterum in Illorum locum
„ succedent. ~ " — . R e p l i c a.

Tametsi hic verba illa „Nobilis conditionis qui nunc sunt" inserta fue=
rint, bene tamen notandum est: 1º) quod non expressum sit, si alij nobi=
lis conditionis Illis succedent, verum absque ulla distinctione, qui Illis suc=
cedent? ~ 2º) quod Commissio Regia nullo habito discrimine, ut Consi=
liarij ejusdem Dignitatis ac potestatis cum Consiliarijs Supremis esse de=
beant, praefatum in modum sanciverit. – 3º) quod inita contra formulam
Regiminis cum Nobilitate pacta nentiquam subsistere possint: in hac
autem Capitaneos Majores Consiliarios primum sequi debere quam dilu=
cidissime expressum est. ~ . — " ~ . — . ~ .

=G r a v a m e n. ~.

Id quod recessu Commissoriali ejusdem Anni approbatum confirmatumq
est: = „Compositionem et Transactionem inter Illustrissimum Principem
„ et universam Nobilitatem etc. Nobis praesentibus et mediantibus fa=
„ ctam, Authoritate Nostra Commissoriali, in omnibus punctis - clausu=
„ lis - et articulis approbamus - confirmamus - et ratihabemus, Juribus
„ Sacræ Regiæ Majestatis - directique Dominij salvis manentibus." ~.

=R e p l i c a. ~

Ex hac quoque causa, Celsitudo Sua Regia sperare sibique persuadere po=
test, Sacram Regiam Majestatem omnes in hoc passu a Regiminis formu=
la factas digressiones, secundum Jura directi Sui dominij clementi=
ssime aboliturum esse. ~ " — . ~ " — . ~ .

=G r a v a m e n. ~.

Non minus ac in Epilogo Decisionum Commissorialium tum temporis: =
„ Et quoniam nulla partium ab his Decretis Nostris appellavit, et in rem
„ judicatam transierunt; proinde, ea perpetuæ firmitudinis robur obtinere,
et ab

„ et ab omnibus inviolabiliter observari debere, praesentium vigore
„ statuimus." ~. Mediantibus quibus, casus hac Commissione decisi
vim rei judicatae perpetuumque firmitudinis robur obtinuere. ~.-

## = R e p l i c a. ~.

Res judicata partibus non vero alijs Legem dat. - Deleta itaque Kiettleriana Stirpe, et cum Celsitudo Sua Regia ad decisiones Commissoriales Laudaque publica non aliter Se obligaverit, nisi in quantum Legibus fundamentalibus essent conformia, ex cunctis his allegatis locis plane nihil sequitur. ~ " ~. ~ " ~. ~ "

## = G r a v a m e n. ~.

Imprimis vero verba illa, „ modone in posterum exemplo sit ad inducendos
„ peregrinos Indigenasque magistratibus gerendis excludendos", ad explicationem confirmationemque hujus in pactis primoevis jam decisi Articuli, multum contribuunt. ~. - Paragraphus duodecimus Laudi publici de Anno 1669. := „ quod promotionem Consiliariorum attinet, Nos
„ vacantes has Dignitates conformiter Legi publicae, nimirum Privi-
„ legio Divi Sigismundi Augusti, ac prout formula Regiminis id
„ requirit, conferri curabimus" ~. ac paragraphus decimus continuati Anno 1684. et sequenti Anno in publicis Regni Comitijs confirmati Actus Compositionis: = „ Consideratione futurae Consiliariorum Su-
„ premorum nec non Consiliariorum Dignitatum dispositionis, Nos =
„ Easdem juxta publicum Divi Sigismundi Augusti Privilegium et For-
„ mulam Regiminis nonnisi veris Augustanae Confessioni addictis =
„ collaturi sumus" ~. Se refert ad privilegium divi Sigismundi Augusti ut et ad Regiminis formulam, pari modo paragraphus vicesimus secundus Laudi publici de Anno 1692., sequentia disponit: = „ Munera
„ ac dignitates publicae nonnisi Indigenis Jisque bene possessionatis confe-
„ rantur" ~. Secundum expressum tenorem editarum a Duce Ferdinando Anno 1698. die nona Julij, et eodem Anno a Rege Augusto secundo confirmatarum Literarum Reversalium, quoque nulli peregrini aut privati Consiliarij promoveri debent; dum ibi dicitur: = „ ratione Collationis Offi-
„ ciorum dignitatumque publicarum, juxta praescriptum Commissoriale
„ de Anno 1616. - formulam Regiminis - Commissoriales decisiones processuri
„ sumus; et quidem ita, ut nullos peregrinos aut privatos Consiliarios =

hab

 „habere velimus" ~. Decisio Commissorialis de Anno 1717. ad desiderium primum, mediante qua, provisio ratione Consortum Regiminis facta est: allegat quidem adhibitam in Formula Regiminis in casu necessitatis limitationem ipsissimis verbis: attamen incontestabilem illa suppeditat regulam, quod jura indigenatus illæsa manere deberent, quod Officia et Dignitates non Indigenis et Impossessionatis nonnisi sub nullitate conferri possint: quemadmodum subsequentia Ejusdem Commissionis citata clare hoc demonstrant: ad gravamen duodecimum = „in futurum vero, ut omnes praedicti Officiales, juxta Leges et consuetu„dines Patriæ in Ducatu Curlandiæ et Semigalliæ, sint bene possessio„nati statuimus; et ne Impossessionatis conferantur, sub nullitate „inhibemus". ~. —. ~. —. ~" —

## =Replica.~

Omnia hæc allegata ad pacta Subjectionis formulamque Regiminis, quorum vera mens jam initio satis illustrata fuit, provocant: in reliquo autem, opinio horum Allegatorum semper talis fuit, quod Duci peregrinos privatosque Consiliarios habere non licitum esset: quod ipsum tamen, nequidem in formula Regiminis fundatum est. ~" —.

## =Gravamen.—

ad addit: Gravamen 1mum: = „Et ne in posterum Capitaneis, personae „Civici Ordinis pro Assessoribus obtrudantur etc. inhibemus et inter„dicimus." ~

## = Replica. —.

Quanquam allegata hæc dispositio Commissorialis pariter in formula Regiminis fundata non sit; Celsitudo Sua Regia tamen, ad testificandam mentem Suam, quod Nobilitatem Indigenam ab Officijs, quæ Illi nequidem privative competunt, nullo modo excludere velit, statim finito Conventu Provinciali octo Assessores ad Judicia Capitanealia majora, et quidem omnes ex Nobilitate constituit. ~" —.

## =Gravamen. —.

Extractum ex Juramento Dominorum Consiliariorum Supremorum: „tum Ordinationes et Privilegia, secundum pacta Subjectionis - Formulam „Regiminis - Decisiones Commissoriales - Jura et consuetudines tam om„nium in genere Incolarum quam uniuscujusvis in specie, omni cum fidel

„fidelitate debite observare et quantum in Me est non permittere
„velle, ut peregrini vel Exotici ad Consilia vel Consultationes publicas
„sive clam sive palam admittantur; immo multominus Ego Eosdem
„ad Eas admittam vel introducam, contra vero in id incumbam, ut
„omnia juxta Leges Cardinales et horum Ducatuum observantiam
„solummodo ab Indigenis disponantur atque administrentur etc" ~.
Conclusio Decisionis Commissorialis de Anno 1717.: = „Cum igitur =
„omnia, quæ ita a Nobis Authoritate Commissoriali in perpetuum
„Legis vigorem constituta sunt, pactis Subjectionis conformia etc." ~.

= Replica. ~.

In his allegatis non minus ac in reliquis omnibus id semper examinandum, utrum illa ex Legibus Cardinalibus actualiter proveniant? At vero, licet in Commissorialibus Decisionibus hoc ita expressum sit, multum ab eo tamen abest: siquidem Nobilitas Anno 1717. in contumaciam Ducis Ferdinandi, multa contra Investituras Ducales Formulamque Regiminis exportavit; quibus et nova Juramenti Consiliariorum Supremorum Rotha annumeranda: quapropter et illa, quæ absque hoc tantummodo quo ad tempus absentiæ Ducis Ferdinandi praescripta est, in præsens eo minus adhiberi poterit; cum nec Dux Ernestus Joannes ea usus est, sed denominatos Suos Officiales veteri Juramento obstringi jussit. ~. —" ~.-

= Gravamen. ~.

Quodsi nunc paragraphus Formulæ Regiminis Trigesimus secundus: =
„In Conventibus Illi tantum ad Consilia accedant, qui per Leges et Con-
„suetudines admittuntur; omnibus alijs, qui Jus Suffragiorum non =
„habent, penitus exclusis." ~, ac praescriptum in Commissoriali decisione de Anno 1717., Juramentum Supremorum Consiliariorum, omnibus ac singulis qui Jus Suffragij non habent aditum ad Consultationes publicas praecludat; nulla magis relinquitur quæstio, utrum Consiliarius Aulicus ac Justitiæ Ziegenhorn, cum Ipsi jus indigenatus et consequenter Jus Suffragij non sit, Sessionem votumque inter Indigenas Nobiles prætendere possit? ~ " —. ~.

= Replica. —.

Nonnisi fallacia dictionis est id, quod hic allegatur: Formula enim

Regi

 = Regiminis de eo tantum loquitur, quod si quibus jus adeundi publicas consultationes non competit, ab eo se penitus abstineant: Ducales autem Consiliarios absque discrimine, utrum Nobiles Indigenæ fuerint nec ne? hocce jus habuisse, ex allegatis superius locis Subscriptionibusque Laudorum Publicorum clarius elucet. – Quod reliquum est, nec Consiliarij Supremi Suffragiorum Jus in Conventu Provinciali habent, verum hi simul ac omnes Consiliarij tanquam Ministri et ad mandatum Principis illuc veniunt; id quod quoque cessat, si Conventus, ut in Regula est, in Arce celebratur; ubi nimirum Deputati Ordinis Equestris, si Ipsis aliquid conferendum est, Consiliarios, non vero Illi Nobilitatem adire obligantur. ~ " — . ~ " –

= G r a v a m e n. ~.

Quoniam igitur ex applicatione supra allegatorum et ex Statutis Legibusque publicis desumptorum argumentorum, respectu Consiliarij Ziegenhorn clare apparet, collationem hujus Dignitatis tanquam Officij publici, Ipsi uti personæ non Indigenæ factam, in jure subsistere non posse; siquidem formula Regiminis, immediate post denominationem Regiminis Consiliariorum in paragrapho Tertio quam distinctissime, Illos qui sub voce Indigenarum comprehendi debent, denotat; = „Nomine autem Indigenarum etiam Poloni et Lithvaniæ Nobiles in „Curlandiæ et Semigalliæ Ducatu bene possessionati comprehendantur."

= R e p l i c a. –

Tertium hunc Formulæ Regiminis paragraphum, ipsa Decisio Commissorialis de 1717. ad gravamen quartum, ad Indigenas Civici Status applicat; in verbis: = „Cameræ Officiales nonnisi ex Indigenis Status Civici… „etc. constent." ~ „paragrapho Tertio Formulæ Regiminis: „quod nomi„ne Indigenarum Poloni et Lithvani in Curlandia et Semigallia com„prehendantur, salvo in totum manente." ~. Quamvis et hæc Lex omni Regnanti Duci eo respectu admodum præjudicet, quod /: ut nunc temporis vel maxime necesse esse videtur :/ habiles, ad restitutionem Rei Cameralis, Viros in Ducatum inducere non liceat; clare tamen tantum ex hoc elucet, quod Commissio Regia una cum Equestri Ordine Anno millesimo Septingentesimo decimo septimo sub verbo Indigenæ et Indigenas Civici Status intellexerit. ~ " — . ~ " Grav

# Gravamen.

Ita et insuper Generosus Ordo Equestris maximo sibi dolori ducit, quod ex Responso Regiæ Celsitudinis Suæ Nobilitati initio moderni conventus edito, Illam factam hac de causa ab Equestri Ordine repræsentationem ægre tulisse perspexerit; quo major illæsa illa fides - obedientia ac devotio est, qua Ordo Equestris erga Celsitudinem Vestram Regiam, Clementissimum ac nunquam satis deveneranduum Principem et Dominum Nostrum ex intimo Cordis Sui animatur, et quæ nullo modo nec ipso quidem homagio increscere potest, eo minus Ille et minimam Clementiæ Celsitudinis Vestræ Regiæ diminutionem absque justissimo dolore perferre potest: confidit potius Ordo Equestris innato Celsitudinis Vestræ Regiæ ad justitiam amori, fore ut Illa reiteratam hanc repræsentationem ratione magni hujus Juraque Indigenatus tangentis puncti Sibi proponere dignata fuerit, simulque Clementissime annuerit, quod una cum allegatis Statutis ac Legibus adhuc id adducatur, quod contra præfatum et ad præsens gravamen spectans Responsum monendum esset. ~ Quod adductum ibidem exemplum Decisionis Commissorialis de 1717. ad gravamen primum attinet, illud jam superius tactum est: respectu Indigenarum Civici Status, ejusmodique denominationis autem, hi Juribus Nobilibus Indigenatus plane non sunt præjudicio, quamdiu ad Indigenas Nobiles non competunt. - Ex hac causa etiam Indigenæ Civici Status in Commissoriali decisione ab Exoticis personis distinguuntur, quo cum exclusione posteriorum priores solum ad Officia Cameræ Ducalis admittendi essent. ~ Disponit potius allegatum in Comissoriali Decisione ex Actis Borussicis Responsum Regium de Anno 1616. p. 145. in simili casu eum in modum: = „In Præ„fectura Morungensi quæ Jurisdictionem habet, necesse est ut Nobilis „Indigena constituatur, qui convenienti salario prorsus Jus isthic di„cat, Justitiamque de more administret" ~ Quapropter igitur extensio illa paragraphi Tertij, „quod posito Indigena Nobili, Indigena Civici „Status non excludatur" eo minus locum habere potest, quo priores secundum hanc Legem Cardinalem bene possessionati esse debeant; hi vero hoc ne quidem esse possint, consequenter si in Commissoriali deci-

 „–sione ibidem dicitur „paragrapho Tertio formulæ Regiminis salvo in „totum manente", hoc pro rationabilitate assumendum esse constat. ~.

## = R e p l i c a. ~.

Putativa hæc rationabilitas Legis hic loci vacuum atque nihil significans verbum est; cum immediate ante adducta verba clare doceant, quod et Indigenæ Civici Status sub nomine Indigenarum comprehendantur. – Facta ex Actis Borussicis allegatio hic nihil efficere potest: quid Præfectura Morungensis ad Curlandiam attinet? In Prussia, praecipue eo tempore quo imbecillis animi Dux Albertus Fridericus sub Curatela /: non tamen Consiliariorum sed Agnatorum :/ esset, multa sunt statuta, quæ ad Curlandiæ statum minime sunt applicabilia: et in genere, nonnulla proficua ex Actis Borussicis allegare, coetera vero silere, minus justum quid esse videtur. ~ Quare non quoque id ex illis adducitur, quod in Borussia absente Duce undecim personæ et inter has tres Civici Status, administrationis munia expedire debuerint. ~ Quare non etiam, quod praetensum Jus Electionis Actis Borussicis Nos confirmare volumus? At vero, quoniam illa in hoc passu contraria sunt, non ita pridem Nobilis quidam Curlandiæ in Sua de Jure Ducem eligendi Dissertatione §. 19. et 20. , omni opera, quod Jura Borussiæ ad Curlandiam neutiquam applicanda essent, deducere studuit. ~ „

## —. = G r a v a m e n. ~.

Non negat Ordo Equestris, quemadmodum etiam notorium est, moderni Consiliarij Aulici ac Justitiæ Ziegenhornij Patrem, non solum multis privatis sed et Nobilitati consequenter quoque toti Ducatui, ejusmodi reddidisse servitia, quibus Ejus apud Nobilitatem memoria in continuo pretio ac debita existimatione est semperque manebit. ~ Pari modo et Illa eruditionem Consiliarij Ziegenhorn Ejusque in foro et praxi habilitatem admodum Sibi habet perspectam: siquidem Ille, quamvis non ad exemplum Patris Sui Ipsi Equestri Ordini, multis tamen Privatis in Eorum causis tanquam Advocatus vel maxime utilis fuit; id quod tamen omne adductis contra promotionem personæ Suæ tanquam non Indigenæ ad Consiliarij Dignitatem ex Statutis et Legibus non apponi, vel contra hoc aliquid contribui potest; non minus ac id, quod Herr Consiliarius Ziegenhorn jam ex Anno 1751. Dominis Consiliarijs Supremis tum Regentibus Officia Consiliarij, in quantum Ejus Advocatura hoc permisit, præstiterit. – Allegatum ex Juramento Suo

Supremorum Consiliariorum Extractum clare probat, Illos jure permittere non potuisse, quod hoc factum sit, sed potius vi illorum juramentorum Sacrae Regiae Majestati indicare Eidemque ut huic rei remederetur supplicare debuisent. ~ Advocaturam Aulicam autem Consiliario Ziegenhornio munere Consiliarij Ducalis fungi plane non permittere nec permittere potuisse; hoc deducta ex Bertochij Promtuario loca testantur: =
„ Nullus sit simul Advocatus et Judex in eodem negotio, nec sententiam
„ in eadem causa ferat vel votum saltem proferat, in qua semel patro-
„ cinium præstitit." ~ . Imo, quod ne quidem Actuarius, deposito Officio in illis causis ubi Acta consignavit, vices Advocati gerere possit, probant. – Quod vero e contrario Consiliarius Ziegenhorn tanquam Advocatus tot Familiarum scrinia Literaria perscrutatus fuerit, omnibus notum perspectumque est: qua ex causa etiam semper Ipsi in collisione praeteriti et præsentis Sui Officij Sese decidere vel maxime arduum erit, ex cujus parte formanda eset exceptio. ~ Salus ac prosperitas horum Ducatuum, extra felicem illum cum Republica Polona sub Regimine Ducis initum nexum, et in optata inter Caput et membra harmonia consistit. ~ Et potest jam existere vel statui ille casus in præsens, quo secundum Formulam Regiminis Decisionemque Commissorialem de Anno 1717. ad desiderium primum, Consiliarius Civicæ Conditionis eset constituendus? aut danturne potius et inter Nobilitatem complures, qui Eruditione ac dexteritate sint conspicui et Jurium hujus Provinciæ optime gnari, de quibus simul praecipua illa haberi potest præsumtio, Illis nil nisi exoptatam inter Celsitudinem Regiam Ejusque Ordinem Equestrem ratione praesentis negotij harmoniam curæ cordique fore? – Jura enim Celsitudinis Suæ Regiæ Ejusque Domus Ducalis, Juribus Ordinis Equestris ita Sibi invicem non contradicunt, ut et absque aliorum Consilijs, illa a Nobilibus Indigenis et sine privato comodo determinari nequeant.

= R e p l i c a. ~

Totus hic locus nonnisi nuda in se continet verba! ~ Celsitudo Sua Regia praesenti Suo Consiliario Ziegenhorn panegyricum dicere non opus habet. – Sufficere jam pose videtur, quod jam Anno 1751. Consiliarij tum Regentes Eum, sub Clementissima Suæ Majestatis Regiæ approbatione, præ multis alijs hac Consiliarij Dignitate dignum = existi

 — existimaverint: praeterea quod et Piltinensis Districtus Eo in publicis Suis in Aula Regia negotijs usus fuerit. ~ Sane magna et singularis pro Nobilitate erat distinctio, quod Celsitudo Sua Regia, cum Consiliarium Ziegenhorn denominasset, Consiliarijs Supremis, Ipsi /: Ziegenhornio:/ secundum Consiliarij locum collatum, Se primum vero Nobili Cuidam Curlandico destinasse, ac finito Conventu collaturum esse declararet: — Quoniam vero Generosus Ordo Equestris in eo condescendere recusavit, quod Ille salvo utriusque partis jure Conventui publico interesse non deberet; Celsitudinem Suam Regiam, ad manutenenda Suprema Sua jura Ipsi primum locum conferendi, nec minimam ab exercitio muneris sui suspensionem permittendi, Sese decernere oportuit. — Nullitas allegati ex Bertochio loci cuicunque sub oculos cadit: et non solum Jura communia sed et aliarum Provinciarum mores, habiles idoneosque Advocatos ad summas dignitates promoveri clare probant: id quod vigens in Gallia — Prussia — Saxonia — multisque alijs Regnis usus testatur. ~ Putativa scriniorum Literarum Nobilitatis perscrutatio, pariter exiguum et nullius momenti est argumentum: Advocatus enim, si etiam ad altiores promovetur Dignitates, non solum praeterito Suo Juramento arcana Eorum quibus antea patrocinio fuit silere obstrictus manet, sed et quid ex supra memoratis Scrinijs prodere potest? : hoc forsan, quod unus et alter feudalia a Principe possideat bona, quae ignorari cupit? : verum et hoc a nemine praesupponendum est; et Feudorum ex Archivo Codices praeterea, omnia ejusmodi in se continent indicia.

## = G r a v a m e n. ~

Posito, quod praesens casus ad ulteriorem Sacrae Regiae Majestatis Regis ac Supremi Domini Nostri Clementissimi decisionem devolvi possit; Consiliario Aulico ac Justitiae Ziegenhornio attamen, congruenter adducto in Commissoriali decisione ad Gravamen primum exemplo Secretarij Crumpert, ab Officio Consiliarij tam diu abstinendum esset, quousque Sacra Regia Majestas in hac causa aliquid decreverit; quam justissimam decisionem Ordo Equestris, congruenter Legibus - Statutisque Provincialibus, in suo favore militaturam sperat, idque eo magis, quo Anno 1748. Regia Sua Majestas Rex Noster et Supremus Dominus Clementissimus, adhuc vigore

remiss.

remissi ad Nobilitatem Rescripti, Ipsi declarare dignata sit: „ Eadem =
„ Sacra Regia Majestas, quoniam ea semper est nec alia esse potest Ejusdem
„ intentio, nisi Ducatus circa Jura Sua - Leges - prærogativas - et Privilegia
„ conservandi " ∼. Et quoque Rex Sigismundus Augustus gloriosissimæ
memoriæ, in pactis primoevæ Subjectionis universæ Livoniæ, ex Gratia
Regia hanc tulit sententiam: = „ Cum digna vox Majestatis, regnan=
„ tis sit, fateri, Imperium subjectum esse Legibus!" ∼ Siquidem vero
praesens casus ex Legibus Provincialibus jam satis clare ac dilucide
explicatus, et vigore Actus Compositionis, Ejusque a Regia Commissione
ejusdem Anni subsecutæ Confirmationis, jam res decisa ac judicata
sit; consequenter ejusmodi naturæ, ac qualitatis, quod ad ulteriorem
supremam decisionem Regiam non devolveretur; Generosus Ordo Eque=
stris eo potius gratiosam in hoc passu mutationem a Serenissima Cel=
situdine Regia sperat, quo Illa initio hujus Conventus Provincialis No=
bilitati Clementem dederit assecurationem, ac Jura - Privilegia - et præ=
rogativas Equestris Ordinis in specie - omniaque horum Ducatuum Ju=
ra in genere, manutenendi Clementissime Sese declarare dignata fu=
erit: tamen, cum facultate augendi, minuendi, et corrigendi. ∼ " -
Mitaviæ ex Conventu Provinciali die Tertia Novembris 1759. Anno.
= Fridericus Koschkul p. t. Conventus Mareschalcus. mp.

## = R e p l i c a. ∼

Admodum certe mirandum est, Nobilitatem, cum ejusmodi contra Celsi=
tudinem Suam Regiam ad instinctum quorundam Privatorum susceperit
contentionem, quæ Regiminis Formulæ e diametro contraria, ac Juribus,
quæ Antecedanei omnes sine exceptione Duces exercuere, /: Duces enim,
Gotthardus - Fridericus - Jacobus, Fridericus Casimirus - Fridericus Wilhel=
mus - Ferdinandus - et Ernestus Joannes, omnes Civici Status Consilia=
rios habuerunt: /, repugnat, in animum Sibi inducere voluisse, quod
hæc causa ad decisionem Regiam ne quidem devolvi possit; satis e=
videns est Clementiæ documentum, quod Celsitudo Sua Regia, aperte
pro Se militante Jure, hunc procedendi modum approbaverit. ∼ Facta
autem exempli Secretarij Cruppert allegatio, Eidem in hoc nec mini=
mam contra Formulam Regiminis intuitu Consiliariorum restrictionem
dare

 „ —=dare potest. — Ac cum denique nihilominus tota hæc causa per publicum Laudum ad decisionem Regiam devoluta sit, Celsitudo Sua Regia nil nisi hoc, quod Illa, ut in omnibus punctis ita et in hoc passu penes Regiminis Formulam conservetur, supplicibus a Majestate Sua Regia requirit precibus: id quod eo magis justum est, quo Illa Juribus Generosi Ordinis Equestris nullomodo derogare animum habeat. =Quodque utraque Pars, juxta præmissa Jura quæ pro Se militare =contendit, satis et iteratis vicibus jam exposuit. ~ „ —.

2.) Rescriptum Sacrae Regiæ Majestatis concessionis usûs Sigilli Sui Cubicularis ad obsigillationem Decretorum Judiciorum Referendarialium Regni, Varsaviæ die 2. Januarij 1760. Anno datum. ~ „ —.

Augustus Tertius etc. Venerabili Gabrieli Podoski Praeposito Cathedrali Cracoviensi, Referendario Regni, Commendatario Præposituræ Miechoviensis, fideliter Nobis Dilecto, Gratiam Nostram Regiam. ~ Venerabilis fideliter Nobis dilecte! Post collatum nuper a Nobis gratiose Fidelitati Tuæ Officium Referendariatus Regni, animadvertimus ex relatione certorum Consiliariorum Lateri Nostro assidentium, partes in Judicijs Nostris Referendarialibus Regni Eidem Officio incumbentibus litigantes, ad obsigillationem Decretorum ibidem inter Eas ferri et inde ex Cancellaria Referendariatus Regni per Extractus emanare extradiq solitorum, concessione Sigilli Nostri Cubicularis pro majori Earum commoditate indigere: eam vero concessionem quantum ad hoc ipsum ulla Lege Regni nusquam prohiberi. — Quocirca Nos, quemadmodum quanto libentius commoditati praedictarum partium prospectum fore volumus, ita tanto facilius Fidelitati Tuæ usum memorati Sigilli Nostri Cubicularis, ad solum duntaxat effectum obsigillationis praelibatorum Decretorum, quæcunque ex Judicijs Nostris Referendarialibus Regni proferentur, et ex Cancellaria Eorundem requirentur exportabunturque, concedendum ac impertiendum esse duximus; concedimusque ac impertimur praesentibus Literis Nostris. ~ Quas, in majorem fidem Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. ~ Datum ut supra etc.

= A u g u s t u s   R e x. m.p. ~ „ 3.)

3.) Kopija Listu JWo. Jmcipana Podoskiego Kuchmistrza Litewskiego, od Jego Królewskiey Mości y Rzeczypospolitey do Prześwietney Porty Ottomańskiey Delegowanego Posła; do JWo. JmciPana Kanclerza Wielkiego Koronnego; ze Stambułu, intuitu Sułtana Hadzi-Geray w granicach Polskich bawiącego się; dnia 5. Miesiąca Januarij Roku Pańskiego 1760. pisanego. ~. —

Jaśnie Wielmożny etc. — Rok ten zaczynam od powinszowania JWWmc Panu Dobrodziejowi z tą mego przywiązanego Serca Expressyą, ażebyś JWWmcPan Dobrodziey życie całe łożący pracom y Ozdobie Oyczyzny tak w zdrowiu jako y w wszelkich pomyślnościach w niezamierzone pędził Wieki: a jako wszystkie dzieła JWo. WmcPana Dobrodzieja wiecznego czasu dzieją się Sławie, tak też wzajemnie czas bardzo późny żadnego w sobie momentu niemiał, któryby niepłynął na wielki szacunek w Oyczyźnie, y Nam do JWo. WmcPana Dobrodzieja przywiązanym na jedyną Serca satysfakcyą. — Miałem honor List JWo. WmcPana Dobrodzieja przez pocztę Wiedeńską odebrać, z przyłączonemi Kopijami Listów w Interessie znayduiącego się in visceribus patriae Królestwa Polskiego Sołtana JmcPana Hadzi-Geray, cum Mandato Nayjaśnieyszego Pana Naszego ażebym Portę Ottomańską upewnił y utwierdził o stateczney y nienaruszoney przyjaźni y zachowaniu sacrosancte Traktatów Karłowickich, y żeby schronienie się w granice Polskie przed gniewem Hana Tatarskiego Sołtana wspomnionego nieuczyniło Porcie Ottomańskiey przeciwney impressyi. — Oświadczyłem wszelką hoc in puncto Dworu Naszego łatwość. — A że List JWo. WmcPana Dobrodzieja odebrałem w wigilią Audyencyi Moiey u JO. Wezyra, więc non intermisi tey dla siebie sposobney pory, żem mógł ten Interess non per tertias personas ale Sam personaliter promowować. — Jakoż DEO adjuvante JO. Wezyr Osobie Moiey przyrzekł pardon dla pomienionego Sołtana: y jeszcze staram się, ażebym Listy od Porty do Hana Jmci Tatarskiego otrzymał: z któremi, dla pewnieyszego doyścia, ordynować będę Umyślnego do JWo. JmciPana Hetmana Wielkiego Koronnego przez Wołowszczyznę y Mohylów. — A teraz, dalszych roskazów oczekując, piszę się z powinnym Uszanowaniem Jaśnie Wielmożnego WmcPana Dobrodzieja etc. ~. —

4.)

4.) List Jmćpana Rogalińskiego Starosty obornickiego do Nayjaśnieyszey Jmperatorowy Rossyyskiey w krzywdach przez Woysko Rossyyskie Ziemianom Polskim poczynionych Delegowanego; do Jaśnie Wielmożnego JJPa Kanclerza W. K. z Petersburga dnia 17/28. Januarij 1760. Roku pisany. –

Podroż Moja do Petersburga, Rezolucya Jmćpanu Staroście Osieckiemu (: za którą oczekiwałem:) nierychło dana, przewlokła; a potym y śniegi wielkie do pospiechu były Mi przeszkodą; w wielu mieyscach musiałem brać Chłopow, aby Mi przed powozem moim torowali drogę y łopatami śnieg z drogi odgarniali, bo inaczey niepodobnoby było przejechać. – Zażyłem zimna – żmudy – y pracy wiele tak dalece, że pięć Niedziel strawiłem w tey podróży. – Stanąłem tu na początku Stycznia: podałem Memoryał którego Kopiją JW Mćpanu Dobrodziejowi przyłączam: opowiedziałem ustnie dolegliwości Ziemianow Naszych JW Jmćpanu Woronzow Kanclerzowi Państwa Rossyyskiego: starałem się o Audyencyą całemi siłami, nie dla podchlebienia miłości mojey własney, lecz dla skutecznieyszego Ziemianow pożytku; bo przy Audyencyi explikuje się zwyczaynie Kommissu materya; a Nayjaśnieysza Jmperatorowa jest pełna Łaskawości; więc słysząc dolegliwości Nasze, prędszyby Nam obmyśliła ratunek: lecz do tey Mojey żądzy tuteyszego zwyczaju przeszkodził Mi Etykiet, który Ministrom tylko w zupełnym charakterze będącym pozwala Audyencyi, insi zaś Kawalerowie prezentowani tylko bywają. – Dnia tedy onegdayszego miałem honor być prezentowany Nayjaśnieyszey Monarchini, y całowałem JEy Łaskawą Rękę: List zaś od Nayjaśnieyszego Króla Pana Mojego na Ręce Kanclerskie według zwyczaju złożyłem. – Niepodobno wyrazić, jak Moy Kommiss wiele Mi przykrości sprawuje! materya jest nieprzyjemna: w moich ugryzkach to mnie tylko konsoluje, że czynię dobrego Syna Oyczyzny powinność. – Dnia wczorayszego JW Jmćpan Kanclerz upewnić Mnie raczył, że Nayjaśnieysza Jmperatorowa prośbie Naszey szczęśliwą obiecuje korzyść, y expedyować nakaże Kommissyą, która rozeznane pretensye Polskie nadgradzać będzie: mieysce do Jey ufundowania sądził Miasto Królewiec: lecz Ja podałem reflexyą, iż to mieysce do roztrząsania krzywd niejest sposobne, bo cięzki sprowad świadkow, a do tego są takie Sprawy które z widoku rzeczy

sąd-

sądzić należy, więc Poznań lub Toruń do sądzenia Tey Kommissyi = byłby naysposobnieyszy. — Obiecał JW. Imcpan Kanclerz tę Moją reflexyą mieć w animadwersyi. — Rychło zaś Ta Kommissya expedyowana będzie? nikt tego niezgadnie: ile że według tuteyszego zwyczaju, wszystkie Interessa leniwym idą krokiem: jednakże z Moiey strony do Tey sollicitacyi wszelkiey dokładać będę pilności. — Xiąże Antoni Sułkowski podał tu Dworowi Memoryał, żaląc się na nieczułość Ziemianow Naszych, że żadnych nieczynili ani nie: czynią kroków do windykacyi Oyca Jego w Głogowie zawięzionego. — Mówił ze Mną JW. Imcpan Kanclerz przy pierwszey Konferencyi, iż żalemy się na postępki Woyska Rossyyskiego, a niejesteśmy tkliwi w tak wielkiey krzywdzie od Woyska Pruskiego uczynioney, we wzięciu Nam gwałtem Ziemianina Na: szego z własnego Jego Domu? — Jam nato odpowiedział, że ten postępek był nieprzyjacielski, na który lekarstwa niemasz; chyba jak trzy Stany zgromadzone będą, te mogą obmyślić ratowania Ziemianina Naszego spo: sob: do tuteyszego zaś Dworu mamy konfidencyą, y z pełną nadzieią ufno: ścią Nasze składamy krzywdy: bo wrodzona Nayjaśnieyszey Monarchini Łaskawość, Naszego uszczęśliwienia każe Nam się spodziewać. — Rozumiem, że ten Interess jest zalecony Imcpanu Ministrowi Rossyyskiemu Woycikow: więc Ministerio Nostro proponowany będzie zapewne. — Przyszłą pocztą, dalszey Moiey negocyacyi doniosę powodzenie: a teraz piszę się z Nayglęb: szym respektem Jaśnie Wielmożnego WMWMM Pana Dobrodzieja etc. —

5.) Rescriptum ad Generosum Zamoyski Capitaneum Lubli: nensem pro Infidelibus Judæis totaque Synagoga Lubli: nensi, cum Annexo innovato salvo Conductu, Varsaviæ Die 22. Mensis Februarij 1760. Anno expeditum. —

Augustus Tertius etc. — Generoso Joanni Zamoyski Capitaneo Nostro Lu: blinensi fideliter Nobis dilecto Gratiam Nostram Regiam. — Generose fide: liter Nobis dilecte! Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros La: teri Nostro assidentes, nomine et pro parte Infidelium Judæorum totiusque Synagogæ Lublinensis: qualiter Ipsi ex occasione certæ Litis inter Fideli: tatem Tuam aliosque sese exponentes, ratione variarum Exactionum — Impositionum — pensionum — aliarumque injuriarum et gravaminum in Judicijs Nostris Assessorialibus intentatæ et indecisæ pendentis, stante nimi: rum hac Litis pendentia nec attento Salvo Conductu Nostro jam in ante

a Nob.

 " = = a Nobis Ipsis concesso sub quo securi et immunes esse debuerant, varijs violentijs - angarisationibus - et incarcerationibus - tum quibusdam Exactionibus etiam Decreto supra dictorum Judiciorum Nostrorum Assessorialium ad finalem disjudicationem prohibitis, aggravantur, aggravarique Se per superimmissas de mandato Fidelitatis Tuæ personas Arcenses, ac per id ad ultimam miseriam reduci conqueruntur: Supplicatum eapropter Nobis esse, quatenus Ipsis in præmissis subvenire dignaremur.

= Nos hujusmodi Supplicationi benigne annuentes, imprimis supra dictos Infideles Judæos totamque Synagogam Judæorum Lubliniensium, tam omnes conjunctim quam singulos divisim, sub protectionem Nostram Regiam assumimus; Jisdemque, majoris securitatis causa, Salvum Conductum Nostrum a vi et potentia quarumvis personarum tanto magis Fidelitatis Tuæ, dandum - concedendum - et innovandum esse duximus: prout per praesentes damus - concedimus - et innovamus. - Quibus Literis Salvi Conductus Nostri Ipsi muniti, tuto - libere - et secure ubique servari; negotia Sua quævis licita et honesta peragere; causas Suas promovere et defendere; nec non Contractum ratione propinationis Cremati et inde pensionis certæ ad Aerarium Civile Lubliniense persolvendæ, si et quatenus cum Ipsis per Nobilem Magistratum Lubliniensem Lublini die Trigesima prima Decembris Anno Domini immediate elapso ad integrum triennium conventum, ad expirationem nimirum ejusdem triennij pacifice continuare; mercimonia Sua quævis, in Civitate Eorundem Infidelium propria Zydowskie Miasto nuncupata, exercere possint et valeant; nec per quempiam, in ejusmodi continuatione et exercitio mercimoniorum, impediantur - aut interturbentur: personis, familijs, domesticis, rebusque Ipsorum, uxoribus, et liberis, sub hac Nostra Protectione, salvis et omnino illæsis manentibus. — Requirimus autem Fidelitatem Tuam ac Eidem interdicimus et inhibemus, ne quidpiam Fidelitas Tua tam per Se quam per Suos Officiales, stante hac Litis pendentia et innovato Salvo Conductu Nostro moderno, audeat attentare; et si in quantum incarceratos Judæos et Eorum uxores ac servos excarcerari et dimitti faciat; et ab omnibus angarisationibus, violentijs, Exactionibus Decreto Judiciorum Nostrorum Assessorialium prohibitis et Commissarijs ad cognoscendum et decidendum præcommissis, abstineat; quinimo in continuatione præallegati Contractûs Triennalis, = usq

usque ad ejus expirationem, tum in praedicta mercatura, Judaeos =
Lublinienses non impediat; non impedirique ab alijs quibusvis personis
curet; pro Gratia Nostra Regia, et sub poenis contra Convulsores Manda=
torum Nostrorum Legibus Regni sancitis. ~ In quorum fidem, praesentes
Manu Nostra subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimus. ~ Datum
Varsaviae die ut supra. ~ Augustus Rex etc. ~ ~

C.) Literae Sanctissimi ac Beatissimi in Christo Patris
Clementis XIII. Summi Romani Pontificis recommen=
dantes Illustrissimum Antonium Vice-Comitem Archi Epi=
scopum Ephesinum ad Sacram Regiam Majestatem
et Rempublicam Polonam Legatum-Nuncium Apo=
stolicum, ad Illustrissimum Supremum Regni Cancella=
rium, die 1ma Martij 1760. Ao Româ scriptae. ~

Clemens P.P. XIII. ~

Dilecte Fili Nobilis Vir! Salutem et Apostolicam benedictionem. ~
Venerabilem Patrem Antonium Vice-Comitem Archi Episcopum Ephesi=
num, Nostrum atque hujus Sanctae Sedis Nuncium Ordinarium, apud
Carissimum in Christo Filium Nostrum Poloniae Regem et Illustrem
Rempublicam Vestram, delegavimus. – Quum autem Nos minime la=
teat, quanta pro amplissimo honoris gradu, quem obtines, Tibi sit
auctoritas, praesertim ista integritate-gravitate-prudentia, qua Te
esse inter omnes constat; debuimus hasce ad Nobilitatem Tuam
Literas dare: quibus Literis et Pontificiam Nostram erga Te benevo=
lentiam, atque jam pridem de Tua virtute conceptam opinionem tes=
tamur; et simul Eundem Tibi Praesulem vehementer commendamus. –
Natus Ipse in Ea Familia, quae inter primarias apud Italos habetur,
Sui Generis Nobilitatem maximarum virtutum splendore cumulavit;
dignusque propterea est, qui in Tuam amicitiam recipiatur; et quod ca=
put est, in pertractandis Sanctissimae Religionis negotijs, Tua opera-con=
silio-favore juvetur. ~ Id si feceris, non falles opinionem Nostram, da=
bisque novum documentum alte infixum haerere Nobilitati Tuae Catho=
licae Fidei studium et Cultum Sedis Apostolicae. – Certe, hac causa

mag=

 — = magnam a Nobis iribis Gratiam, quam etiam, ubi res tulerit, referemus: damusque pignus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi Dilecte Fili Nobilis Vir peramanter elargimur. ~ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Martij Anno Domini 1760. pontificatus Nostri A^o. secundo. Thomas Emaldius.

7.) Responsum ad Easdem ab Illmo Supremo Regni Cancellario Summo Romano Pontifici, Varsaviae die 16. Julij MDCCLX. Anno datum. ~. —

Statim ut Illustrissimus Antonius Vice-Comes ArchiEpiscopus Ephesinus, Sanctitatis Vestræ ad Serenissimum Poloniarum Regem Dominum Meum Clementissimum simul atque ad Nostram Rempublicam Nuncius et Legatus, ad Nos feliciter pervenit, Sanctitatis Vestræ benignissimas in forma Brevis Literas Mihi reddidit: quas summo gaudio et profundissimo obsequio veneratus fui. ~ Jam prælaudati hujus Praesulis ad Nos designationem publica detulerat fama: laetatique exinde maximopere fuimus tanto Viro, non solum vetusta praeclaraque Nobilitate decorato, verum etiam maximis virtutibus cumulato, Sanctitatem Vestram Nos donasse: jamque ex his Illius primordijs, quanta Sui Ministerij bona Nobis promittere possimus, propter Ejus commodos acceptosque modos cum Ecclesiastica Dignitate et ratione conjunctos, indubitanter ex nunc argumentamur. ~ Unde libentissime in hujusmodi dignissimi Viri amicitiæ studium obviam ivi, omnemque semper navabo operam pro quacunque re, quæ Sanctissimam Religionem Nostram respicere poterit, Ejusdemque assiduum incrementum, tanquam Zelosus Catholicæ Ecclesiæ Filius. ~ Demum humillimas referens Sanctitati Vestræ gratias, pro Sua in Me singulari et Paterna benignitate, ad plantas Illius plena veneratione Me reverentissime pono. — Sanctitatis Vestræ etc.

8.) Literæ intuitu Ejusdem Nuntij Apostolici ab Eminentissimo Cardinali Torrigiani, ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium Roma d. 10. Martij 1760. scriptae. —

Alla parte principale, che ha V. S. negli affare di codesta Republica, et alla sua singolar divozione verso questa S. Sede, ben si conviene la finezza, con cui Nostro sig.^{re} ha voluto distinguerla, attestandole

il

il suo paterno amore con un Breve, che le rendeva Monsig. Arci=
Vescovo Visconti Nuovo Nunzio Apostolico in Eodem Regno. – Benche
jo non dubiti, che le rare doti di Questo Prelato sapranno conciliarsi
da se stesse il favore, e la Grazia del' E. V. pure jo non lascio pre=
garla à fargliene copiosa parte, come la prego di gradire le proteste
d' osevanza, che l'ho incaricato di farlea mio Nome, in sequela de=
lle quali desiderando frequenti inscontri di serla, bacio al' E. V.
affectuosa mente la mani etc. —" —. —" —.

9.) Pro Memoria, od JmciPana de Woycikow Pełnomocnego Dworu Rossyyskiego Ministra, uskarżając się na Sędziow Pogranicznych że według Kadencyi na Te Sądy niezjeżdzają, którzy aby o dosyćczynienie powinnościom Swoim Listem JEgo Królewskiey Mosci rekwirowani byli, doprasza się JW. Jmci Xiędzu Podkanclerzemu Koronnemu. w Warszawie dnia 2. Aprilis 1760. Roku podane. –

Już to kilka razy niżey podpisany Dworu Rossyyskiego Pełnomocny Mini=
ster żalił się y remonstrował, że Sądy pograniczne Prześwietnych Województw
Kijowskiego y Bracławskiego, w rozsądzaniu Spraw pogranicznych, całe
żadnego skutku niebiorą. – Jakoż y teraz w Styczniu zjechali wcześnie
na granice JchmcPanowie Kommissarze Rossyyscy, z wszelką gotowością
chcąc Te Sądy in termino praefixo zagaić: ale JchmcPanowie Kommi=
ssarze Prześwietnego Województwa Kijowskiego przybywszy, zamiast są=
dzenia żalić się zaczęli, jakoby Tych Sądow kontynuować niemogli z przy=
czyny, że te wiadome cztery tysiące Woyska od Kijowa przez Kray Pol=
ski przechodziły; y niby dla teyże przyczyny y Zapozwanym w Sądy
zjechać przytrudno było. – Jtak zabawiwszy cztery dni przy granicy, Sa=
mi sobą, odłożyli Te Sądy do Kadencyi Julskiey: y nazad do Domow
Swoich, nawet niepożegnawszy się z Rossyyskiemi, powrócili: lubo przey=
ście tych czterech tysięcy Ludzi naymnieyszey przykrości y zatrudnie=
nia nikomu nieuczyniło. – Jtak zjeżdzając na Te Sądy JchmcPanowie
Kommissarze Rossyyscy, od których Polscy JchmcPanowie Kommissarze
rok od roku pod różnemi y wymyślnemi pretextami unikają, tylko
dare

— =daremne ponoszą expensa z całą swoją switą; a Czołobytnicy z Otwietczykami włócząc się na granicę, a żadney niemogąc otrzymać sprawiedliwości, coraz w nową y większą wciągają się utratę y ruinę. –

=Proszonym dla tego jest usilnie Jaśnie Wielmożny Jmć Xiądz Podkanclerzy Koronny, aby ten Interess Sądow pogranicznych raczył przełożyć Nayjaśnieyszemu Królowi Jmći, wraz y te niżey podpisanego powtórzonie o to Skargi y Rekwizycye, gdyby od JEgo Królewskiey Mości, Tymże Jchmć Panom Kommissarzom przerzeczonych Województw, mocniey było zaleconym że Sądy przynaymniey w dalszym czasie skuteczniey odprawiać; y aby od granicy nieoddalali się bez wzajemnego Konsensu Jchmć Panow Kommissarzow Rossyyskich: ażeby Ludziom szukającym w krzywdach y pretensyach swoich wprzod była dostawiona sprawiedliwość y Satysfakcya. — w Warszawie d. 2. Aprilis 1760. r. F. de Woycikow. ~.

10.) Literæ Credentiales, a Serenissimo Galliarum Rege Jllmo Dño Marquis de Paulmij ad Regem et Rempublicam Poloniarum Delegato Ministro Plenipotentiario, = Versalij die 7. Mensis Aprilis Anno 1760. datae. –

Tres Haut - tres Exellent et tres Puissant Prince, Notre tres Cher et tres Aimé Bon Frere Cousin Allié et Confederé! ~ Les liens de l'Alliance et de l'amitié, qui Nous unissent à Votre Majesté, et notre ancienne union avec la Republique de Pologne, l'interêt sincere que Nous prenons à la situation de Votre Majesté, et les efforts immenses que Nous faisons pour concourir à Sa satisfaction, ne Nous permettent pas de differer plus long tems à Lui envoyer un Ministre Caracterisé, qui puisse Lui communiquer Nos sentimens, et Nous rendre les Siens dans toute leur pureté. ~ A cet effet, Nous avons choisi le Sr. Marquis de Paulmij Notre Ministre d'Etat Commandeur de Nos Ordres Grand Croix et Chevalier de ceux de St. Louis et de St. Lazare et Grand Bailly de Touraine, pour etre Notre Ambassadeur près Vous et de la Republique de Pologne. ~ Nous avons d'autant plus lieu d'esperer, qu'il s'acquitera de cette Commission à Notre satisfaction reciproque; que la qualité distinguée de Ministre d'Etat l'a mis au portée de connoitre dans sa source le veritable desir que Nous avons de contribuer à la gloire de Votre Majesté et à Ses avantages; et que Nous avons fait l'experience de son Zele.

et de son habileté dans les differens Ministeres, que Nous Lui avons confiés, tant au dedans qu' au dehors de Notre Royaume. – Aussi ne doutons Nous pas, que Votre Majesté ne veuille bien lui donner une entiere creance, sur tout ce qu' il Lui dira de Notre part; et principalement, quand il Lui renouvellera les assurences de la tendre amitié, que Nous avons pour Elle; et qu' il ne dependra pas de Nous de rendre à jamais durable. – Sur ce Nous prions Dieu, qu' il Vous ait, Tres Haut-tres Excellent et tres Puissant Prince Notre tres Cher et tres Aimé Bon Frere Cousin Allié et Confederé, en Sa Sainte et digne garde. – Ecrit à Versailles le septieme d' Avril 1760. an. ~ " etc. ~ " —.

11.) Literæ a Praenobili Magistratu Thorunensi ad Sacram Regiam Majestatem: quibus obsecrant, ut in locum Nobilis Casimiri Schwerdtmann non ita pridem privilegiati Burgrabij Thorunensis nuper vita functi, alium Burgrabium ex quatuor Candidatis Sibi per praesentes propositis assignare dignetur, Thorunio d. 16. April. 1760. datæ.

Burgrabiatûs in hac Civitate Officium, quod Sacra et Serenissima Regia Majestas Vestra Nobili quondam et Spectabili Casimiro Leoni Schwerdtmann Prae-Consuli Civitatis hujus, ad novissimam supplicationem Nostram, haud ita pridem conferre Clementissime dignata est, subsecuta morte Ejusdem iterum vacat. – Licet itaque, in fundamento Jurium Nostrorum, et signanter vigore Rescripti Serenissimi olim Sigismundi Tertij Regis de Anno 1588. pracipientis, ut casu ejusmodi existente, munus illud in personam Vice-Burgrabij statim et ipso facto transeat, a Nobili Vice-Burgrabio merito administrandum et Legis hujus dispositioni Nobis inhærendum esset, donec de contraria Sacrae et Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ voluntate constaret; nihilominus ad evitandam omnem odij et partium studij suspicionem, ultro et inexpectata Clementissima Sacræ et Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ decisione, Sacram et Serenissimam Regiam Majestatem Vestram supplices rogamus: quó aut Jura Nostra avita benignissime confirmare, aut in locum defuncti Burgrabij, unum ex quatuor novissime praesentatis Candidatis, inter quos defuncto Burgrabio substitutus est Nobilis Natęcz, nimirum Nobilibus Christiano

 = Klosmann et Michaele Natgcz Prae-Consulibus, Francisco Czarnecki et Simone Mielcarski Consulibus, Muneri huic idoneum Burgrabium Civitatis hujus nominare, eoque securitati Ejusdem prospicere Clementissime dignetur. — Quam Paternam pro salute publico curam Regiamque benignitatem humillimo Subjectionis et fidei obsequio nunquam non prosecuturi, Summum Numen, pro Regij corporis incolumitate et florentissimo aeque ac diutissimo Regimine Sacrae et Serenissimae Regiae Majestatis Vestrae indesinenter implorabimus; subjectissimo devotionis cultu manentes.

12.) Literae ab Eodem Magistratu Thoruniensi in eadem materia ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium de una eademque data Scriptae. —.—

Nobili et Spectabili Casimiro Leone Schwerdtmann Burgrabio Regio et Prae-Consule Civitatis hujus Collega Nostro, dum viveret, perquam dilecto, morte repentina rebus humanis erepto; Munus Burgrabiale, quo ex benignissima Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi collatione, per breve admodum temporis spatium fungebatur, iterum vacare contigit. — Non possumus itaque non, quin Illustrissimae Excellentiae Vestrae profundo quo decet observantiae cultu insinuemus, Jura Civitati huic servientia, signanter Rescriptum Divi olim Sigismundi Tertij Regis expressis verbis disponere; ut mortuo Burgrabio, Vice-Burgrabius, qui tunc extiterit, in locum Ejus succedat, et Burgrabiale munus, quod taliter ipso facto in Illum devolutum censeri debet, administret: prout Illustrissima Excellentia Vestra ex adjacenti Copia hujus Rescripti fusius perspicere gratiosissime dignabitur. — Vitio itaque verti Nobis minime posset, si Legis praesidio tuti Nobili Vice-Burgrabio Officium illud administrandum traderemus. — Nihilominus cum acceperimus, Celsissimum Primatem Regni, Suam in Aula Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi, pro Subjecto Catholico, ex quatuor novissime praesentatis Candidatis, interposuisse Authoritatem; hinc, ne ullam odij vel invidiae in Catholicos suspicionem incurramus, sed animum ab omni partium studio maxime alienum comprobemus, ultro et irrequisiti, mediantibus Literis Supplicibus quas una cum Exemplari Earundem jungimus, Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum rogavimus, quò aut Jura Nostra avita confirmare aut unum ex

ex novissime praesentatis Candidatis, quibus in locum defuncti Bur=
grabij Nobilis Natęcz Prae-Consul Civitatis hujus a Nobis insertus est,
videlicet Nobilibus Christiano Klosmann et Michaele Natęcz Prae-Con=
sulibus - Francisco Czarnecki et Simone Mielcarski Consulibus, Muneri
huic idoneum Burgrabium nominare Clementissime dignetur. ~" —

= Quibus ita comparatis, Illustrissimam Excellentiam Vestram enixe
rogamus; dignetur Eadem Literas hasce Supplices Regi Serenissimo gra=
tiosissime insinuare, et pro singulari Suo erga bonum publicum Zelo
promovere, ut in negotio hocce, habita Jurium ratione, Saluti publicæ
prospiciatur. — De reliquo, inconcussam valetudinem et prosperrima quæ=
vis Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ sedulo apprecamur: post subnexam
Jurium et Privilegiorum Nostrorum Commendationem diligentissimam,
profundo venerationis cultu manentes. — D a b a n t u r, etc. —

= Praecedentibus Literis subjunctum Rescriptum Sigismundi Tertij
= Regis Poloniæ intuitu Burgrabij Thoruniensis de Anno 1588. emanatum.

Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Pol. etc. — Significamus praesentibus
Literis Nostris quorum interest universis et singulis: = Quod cum re=
monstratum Nobis esset nomine Civitatis Nostræ Thoruniensis, accidere
aliquando solere, ut ob mortem - aegritudinem - absentiamve Ejus qui Mu=
nere Burgrabiatus fungatur aut functus sit vel etiam similem ob cau=
sam, Burgrabiatus nonnunquam vacet; supplicatumque Ejusdem nomine
Nobis est, ut quomodo et per quem Munus Burgrabiatus in hujuscemo=
di et similibus casibus interim administrandum esset? quo et Juri Nostro
Regio et Magistratui Civitatis tanto rectius cautum esset, Nostris etiam
Literis declararemus. — Nos igitur, cum publice interesse existimaremus,
ne is Magistratus qui Jus Nostrum Regium in Civitate Ea tueri debeat,
proximeque in tuenda Justitia et tranquillitate publica versatur, aliqua=
ndo vel vacet vel interpelletur; statuimus sancimusque hisce Literis No=
stris, ut quoties Officium id supra dictis et similibus ex causis vacare
vel expirare contigerit, priusquam a Nobis et Successoribus Nostris Alij
id conferri possit, ut quisquam superioribus Annis ex Ordine Officium hoc
administrarit sic interim Eo etiam fungatur, dum alius a Nobis Succe=
ssoribusve Nostris Burgrabius creatus in Officioque Eo confirmatus fuerit:

ita &

 — ita tamen, ut Magistratus etiam quemadmodum debet, mature statis temporibus, Nobis Successoribusque Nostris juxta Privilegium Casimirianum in Decessoris locum Alios semper nominet, neque mora aliqua ab eo hac in re committatur. — In quorum fidem, hasce Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni Nostri muniri jussimus. — Datum Cracoviæ die 30. Mensis Maij Anno 1588., Regni vero Nostri Anno primo. Locus Sigilli pensilis. Sigismundus Rex. — R. Heidenstein S. R. M. Scriius. —

13.) Rescriptum in negotio dislimitationis Commissorialis Haereditatis Dembe et Budziska a Bonis Capitaneatus Latovicensis nempe Oppidi Latowicz ac Villarum eidem haereditati parietaliter adjacentium. ~ Varsaviæ die 2. Mensis Maij 1760. Anno expeditum. ~. —

Augustus Tertius etc. — Magnifico Michaeli Suffczyński Castellano Cernensi; tum Generosis Francisco Nakwawski Succamerario Vissogrodiensi, Sigismundo Staniszewski Varsaviensi, Gabrieli Lesiewski Ravensi Judicibus Terrestribus; Mathæo Bieńkowski Notario Terrestri et Castrensi Varsaviensi, Balthasaro Jasieński Regenti, Severino Przeczkowski, et Dominico Gozliński Burgrabijs Castrensibus Cernensibus; Commissarijs Nostris sincere et fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. — Magnifice et Generosi sincere et fideliter Nobis dilecti! Expositum Nobis est, per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes; qualiter in negotio dislimitationis juxta antiquos limites Commissoriales aliaque documenta granitialia Fundorum haereditatis Dembe et Budziska, a Fundis Capitaneatus Nostri Latovicensis, Villarum scilicet Chyżyny — Wielkolas — Radzińskie — Jaliny tum Oppidi Latowicz parietaliter adjacentium, Sinceritas et Fidelitates Vestræ primum quidem Decreto Judiciorum Nostrorum Varsaviæ die quinta Mensis Februarij Anno immediate elapso inter Magnificum Franciscum Bieliński Supremum Regni Marescalcum Rohatinensem Capitaneum qua protunc Hærede Bonorum Dembe et Budziska Aliosque atque Magnificum Augustum Principem Czartoryyski Palatinum et Generalem Terrarum Russiæ Latovicensem Capitaneum tum Communitates Oppidanam Latovicensem ac Villanas Chyzinensem — Wielkolascensem — Aliasque prolato; =

dem

demum, post mutuam de persona Magnifici Supremi Mareschalci Regni vigore certarum Transactionum in personam Generosi Stanislai Bielinski Filiastri Sui Capitanei Garwolinensis eandem hæreditatem, mediante Rescripto seu Instrumento Commissionis Nostræ ex dispositione Legum Regni a Nobis per Eundem Generosum Capitaneum Garwolinensem legitime impetrato; in Commissarios Nostros designatæ exstiterint: = Adeoque Actu Suo Commissoriali, die scilicet decima tertia Mensis Augusti Anno eodem immediate elapso millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, in Termino Literarum Innotescentialium ab utraque parte etiam quoque ab Oppidana ac Villanis communitatibus Capitaneatus Nostri Latovicensis Sibi mutuo editarum Adcitationisque Collateralium inchoato, post fundatam Jurisdictionem Suam Commissorialem, productionem hinc inde Jurium etiam, ex personali comparitione per Communitates Oppidi ac Villarum dislimitandarum inscripta subsecutam, tum post Ductus Limitum hinc inde ex controversijs ac personali Comparitione et attendentia Earundem Communitatum expeditos, Inquisitiones Testium ab utrinque eductas ac Juramenta partium super incorruptionem Testium recepta, Ipsismet Oppidanis Judicato Commissoriali quoad Inductionem Testium per Instantiam Suam in eodem Actu Commissoriali ab Ipsis factam sese expresse subijcientibus, ac satisfactionem educendarum Suarum Inquisitionum offerentibus et re ipsa inductionem Testium Suorum effectuantibus, eò pervenerint; ut limitationem Actus Commissorialis affectuantibus, Ipsam Iisdem Oppidanis tum Generoso Plenipotente Magnifici Principis Czartoryyski Capitanei Latovicensis ac Communitatibus Villanis toties dictis urgentibus, accedente necessitato in id ipsum Consensu alterius Partis nimirum Hæredis in Dembe et Budziska, ad Feriam secundam post festum Inventionis Sanctae Crucis proxime Anno currenti incidentem, in ordine futuræ Suæ Commissorialis de negotio ipso principali Limitum decisionis fecerint; et Terminum Eundem Partibus coram Se pro reassumptione comparendi sententiamque Suam Commissorialem audiendi præfixerint peremptorium. — Qua stante Limitatione, Oppidani Latovicenses cum Communitatibus prædictis Villanis Citationem Suam ad Judicia

Nos

 — = Nostra cum inhibitione eidem Citationi annexa ne Actus idem Commissorialis ex limitatione sua ipsorum propria etiam per Ipsosmet Oppidanos et Communitates Villanas impetrata et procurata reassumatur ulteriusque ad sententiam definitivam continuetur, ex ratione satis illegali, quasi Decretum illud quo primitus Commissio hæc Granitialis designata erat fuisset in Condicto Plenipotentis ab Ipsis non constituti prolatum, extradiderint: Supplicatum itaque Nobis, quatenus in præmissis ea quæ Juris et Justitiæ essent, providere dignaremur. — Quocirca Nos pensatis omnibus praemissis solennitatibus Actus Commissorialis per Ipsasmet Communitates Oppidanam et Villanas Capitaneatus Latovicensis gestis, ac multifariam acceptationem Commissionis Granitialis comprobantibus, tum ipsa limitatione Actus Commissorialis in Ordine futuræ decisionis Commissorialis cum Termino praefixo facta, quæ Eorundem Oppidanorum ac Communitatum desiderio et affectatione impetrata est, et quam necessario reassumptio ejusdem Actus subsequi debet, nec non attento quod Instrumenti Commissionis ad dislimitationem hæreditatis a Bonis Nostris faciendam Concessio Nostra non ab arbitrio et consensu Subditorum Nostrorum Latovicensium sed a necessitate Legum Regni dependebat, Hæredique Soli competebat, tum quod praedicta Citatione Ipsimet Oppidani ac Communitates Villanæ fateantur actum Commissorialem nondum ad sententiam definitivam perductum esse, ejusque Inhibitorialis Citatio non modo vi Legum et Statutorum Regni est nulla, sed et Actum Commissorialem praesertim vero jam in ultimo gradu ferendae sententiæ definitivæ existentem sistere non valet, in casum quoque futuri gravaminis Appellatio a sola definitiva sententia est reservata; Sinceritatem et Fidelitates Vestras requirimus, quatenus non obstante quarumvis Citationum etiam ad reponendum praesens Rescriptum tum Inhibitionum et Rescriptorum Nostrorum oppositione aut Contumacia alterius Partis, absentiaque ex Fidelitatibus Vestris, modo tot adsint ex alijs etiam et Succamerario quocunque aut Camerario Granitiali priori Rescripto seu Instrumento Commissionis et Decreto designatis quotquot de Jure adesse tenentur, non attenta, ad Sententiam definitivam ex Inquisitionibus jam alias expeditis et Juribus documentisque Partium

in ant

in ante productis aut denuo producendis, ad alia de Jure sibi incum=
bentia in futura Actus Commissorialis reassumptione procedant. – Factura
sunt praemissa Sinceritas et Fidelitates Vestrae pro Gratia Nostra Offi=
ciique Sibi commissi debito. – In cujus rei fidem praesentes Manu Nostra
subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. ~ Datum Varsaviae
die ut supra. Augustus Rex. etc.

14.) Rescriptum Commissionis inter Oppidanos et Subur=
banos Oppidi Augustow ab una, et Generosum Mni=
szek Curiae Regni Vexilliferum Capitaneum Augusto=
viensem ac dicti Capitaneatus Generosum Tenutarium
ac Alios in Actoratus et reatus intrantes ab altera
Parte, Varsaviae d. 4. Maij 1760. Anno expeditum. –

Augustus Tertius etc. – Generosis Felici Czacki Pocillatori Regni, Gabri=
eli Lesiewski Ravensi, Łuszczewski Sochaczoviensi Judicibus Terrestribus,
Paulo Niedzwiecki Notario Terrestri Premisliensi, Laurentio Zieliński
Venatori Sochaczoviensi, Antonio Drohojowski Ensifero, Stephano Dwer=
nicki Castrensi Notario Premisliensibus; fideliter Nobis Dilectis Gra=
tiam Nostram Regiam. – Generosi fideliter Nobis dilecti! ~ Devo=
lutam fuisse ad Nos Judiciaque Nostra Post-Curialia Regni Actionem,
ex Literis Citationum, ad Instantiam Famatorum Prae-Consulis Consu=
lum totiusque Magistratus ac Communitatis Oppidanorum Augustovi=
ensium ac Suburbanorum Borowi et Holuchowi nuncupatorum Acto=
rum. Venerabili Czugaliński Ritus Latini Praeposito et Devotis Mokrzy=
ckie Ritus Graeci Latino-Uniti Parochis Augustoviensibus tum Gene=
rosis Adamo Mniszek Vexillifero Curiae Regni Capitaneo Augustovi=
ensi et Josepho Zajączko Pocillatori Roxanensi memorati Capitaneatus
Augustoviensis Tenutario extraditarum. ~ Et quidem Praeposito et Pa=
rochis; occasione fundorum - arearum - ac domuum Civilium ademptio=
nis, ex ipsis fructum perceptionis, ad dandos qualibet nocte duos ho=
mines pro custodia Templorum adactionis, aliarumque injuriarum
et damnorum Actoribus illationis: Generosis Capitaneo et Tenuta=
rio; intuitu per Illos Actorum contra praescriptum Privilegiorum - Lu=
strationum et Decretorum Nostrorum ad subministrandas Podwodas –

pend

=pendendas Contributiones pecuniarias varijs nominibus voci=
tatas - ad extradendam pensionem avenariam - feni et carnis bovinæ
quotannis indebitæ compulsionis, fundorum - pratorum - et arearum
Civitatensium occupationis et appropriationis, liquorum propinationis,
incisionis sylvarum Oppidanis et Suburbanis Augustoviensibus permi=
ssæ non admissionis immo denegationis, et ne Judæi ferant onera
Civitatensia prohibitionis, Salvi Conductus violationis, aliarumque
injuriarum et damnorum fusius in praedictis Literis Citationum ac
Manifestationibus punctatim insertorum causationis. ~ Ad quam=
causam cum vicissim Generosi Capitaneus et Ejusdem Capitaneatus
Augustoviensis Tenutarius, nec non coeteri Coactores in Citatione An=
ni Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi noni Ejusque Relatione
expressi, Famatos Oppidanos Augustovienses de nominibus et cogno=
minibus ibi in memorata Citatione expressos tanquam Principales
hujusce coepti processus nomine ac si publico Motores, intuitu per
Ipsos tumultûs contra Generosos Capitaneum ac Ejus Tenutarium in
Oppido Augustow excitationis, demum Oppidanorum Augustoviensium
ad conjurationem adversus Generosum Capitaneum in Parochiali Ecclesia
Ritus Graeci faciendam inductionis, Jurisdictioni Capitaneali malitiose
recalcitrationis, Decreto Commissoriali Nostro millesimi Sexcentesimi
octuagesimi contraventionis, et poenarum ibidem contra tumultuan=
tes Oppidanos appositarum succubitionis, denique fundorum Capita=
nealium avulsionis, Sibique ultra Civitatenses in Originali Privi=
legio Locationis expressos appropriationis, Sylvarum Capitanealium
excisionis, et praeter necessitatem propriam pro foco ac aedificijs
lignorum ex ipsis excisorum divenditionis, honoris Generosi Capitanei
per Protestationes - Citationes - et Supplices Libellos nomine Oppidi
porrectos gravissimæ circumscriptionis, Ad extremum Transactioni Com=
planatoriæ sub die decima sexta Decembris millesimo Septingente=
simo quinquagesimo nono per Ordines Civitatis ad interpositionem ex
Parte utraque rogatorum amicorum initæ et conclusæ et ex personali
mutuaque Comparitione Actis Castrensibus Betzensibus sub Actu Feriæ
quintæ in Vigilia Sancti Thomæ Apostoli Anno millesimo septingentesimo quin

quinquagesimo nono roboratæ contraventionis, aliarumque injuriarum = 49.
et damnorum in Manifestationibus et Citationibus contentorum perpetrationis, concitarunt. — Nos hos mutuos Partium Actoratus, cum deinceps et quantocytius id fieri potest decidendos esse cupimus, de Partium utrarumque Consensu id negotij Fidelitatibus Vestris - de quorum industria et in rebus gerendis dexteritate optime persuasi sumus - committendum esse duximus; prout quidem hisce Literis Nostris committimus, quatenus Fidelitates Vestræ pro die vigesima octava Mensis Julij anno currenti tanquam in Termino a Nobis Literis praesentibus designato et Parti utrique per Oblatam in proprio Districtu et avisationem Ministerialis tempestive innotescito ad Oppidum Nostrum Augustow mutuo Partium sumptu conducti condescendant; ibidemque absentia nonnullorum ex Fidelitatibus Vestris, dummodo tres adsint, non obstante, nec contumacia alterutrius Partis attenta, fundata Jurisdictione Sua Commissoriali in Praetorio Civitatis, acclamatisque ad presentiam Sui Partibus, ante omnia Jura - utpote Privilegium Locationis millesimi quingentesimi quinquagesimi - Revisiones - Lustrationes - Decreta Commissorialia - et Nostra Sibi produci demandent - ea connotent - revideant - et diligenter perlegant, et a quonam ipsis et in quo contraventum fuerit? indagent; et quidquid ex productis et relectis ijsdem a Civibus et Suburbanis Augustoviensibus ad proventus Generosi Capitanei spectare cognoverint, id totum Generoso Capitaneo adjudicent et quotannis per Cives extradere demandent; de pensione avenaria et feni, = undenam haec datio suum initium sumpserit? et a quo tempore practicata inveniatur? ac, si etiam ex alijs Villis Capitaneatus Mostoviensis ultra labores Colonarios pensitabatur? et utrum ante Decreta Nostra et Commissorialia fuerit in usu? etiam per Inquisitiones in defectu aliorum documentorum indagent; et quodsi hanc dationem frumentariam et feni ab immemorabili tempore ab Oppidanis practicatam atque a Villanis hujus Capitaneatus dari solitam invenerint, ad ipsam quotannis pensitandam Generoso Capitaneo obligent; sin autem Oppidani ipsam non ita pridem fuisse sibi impositam ac semper reclamatam probaverint, eam in perpetuum abrogent et tollant; demum,
adi

– : ad revisionem fundorum – arearum – hortorum – pratorum tam Capitanealium quam Civitatensium ac etiam possessorum per Praepositum et Parochos Augustovienses, adhibito etiam ad id si opus fuerit Geometra Jurato sumptu Generosi Capitanei conducendo, accedant; et quonam jure haec cuncta a modernis possessoribus occupantur? indagent et perquirant; et quidquid ex hac revisione fundorum et perlustratione Juriu et ad quem spectare? repererint, id unicuique pro Jure et Justitia adjudicent, et restitui demandent; Judaei in Oppido Augustow incolatum habentes et mercaturas sive propinationes exercentes ac fundos Civitatenses possidentes, utrum aliquid tam ex fundis quam mercatura ac etiam ex propinatione pro oneribus communibus Civitatis contribuant? et num eosdem fundos Civibus interceperint? et quo jure illos possident? investigent, ac Ipsos ad communia onera praecipue ex fundis possessis cum Civibus ferenda, tum a mercaturis in Oppido exercitis, juxta antiquas cum Oppidanis Compositiones, compellant; praetensiones mutuas Generosi Capitanei ad Cives et Suburbanos, et Civium et Suburbanorum ad Generosum Capitaneum sive Ejusdem Capitaneatus Tenutarium, pariter et ad Spirituales et Judaeos et e converso habitas, cognoscant – calculent – et decidant; Inquisitiones ex testibus fide dignis rei notitiam habentibus et dicta et dispositiones suas Juramento corporali comprobantibus etiam de Communitate eligendis, super Conspiratione per Cives et Suburbanos in Ecclesia contra Generosum Capitaneum facta, tumultu contra Eundem excitato, desolatione sylvarum Capitanealium, evectione per Cives lignorum, ipsorumque pro sui lucro divenditione, violatione Salvi-Conductus, injurijs Civibus factis, ac Civium Jurisdictioni Capitaneali recalcitratione, expediant; omnesque Cathegorias tam juris quam facti sub mutuos actoratus Partium subintrantes, et usque ad Actum expeditae Commissionis intercedentes, punctatim decidant – et definiant; et praecipue in principales motores praedicti tumultus et conjurationis, tum laesivae Generosi Capitanei circumscriptionis advertant; Eosdemque quatenus per Inquisitiones convictos, poenis in Decreto Nostro Commissoriali millesimi sexcentesimi
octug

octuagesimi vallatis afficiant et puniant; in reliquo bonum ordinem in Eodem Oppido inter Concives et Suburbanos, tam in Regimine quam in exigendis Contributionibus, atque de proventibus Civitatis, coram Generoso Capitaneo sive Ejus ad id Substituto, reddendo quotannis Calculo, nec non super libera in Sylvis Capitanealibus pro foco et aedificijs juxta tenorem Decreti Nostri millesimi sexcentesimi octuagesimi primi per Cives incisione, constituant; vel si Partes in eodem negotio sub Actu Commissionis complanare poterint, complanent, ejusmodique Complanationem Authoritate Sua Commissoriali approbent, sin minus, totum id finaliter decidant; salva nonnisi a sola sententia definitiva Parti gravatam se sentienti ad Nos Judiciaque Nostra appellatione manente, committimus et demandamus. Nihilominus, Salvum Conductum Jisdem Oppidanis et Suburbanis a vi et potentia Generosi Capitanei et Tenutarij a Nobis jam alias concessum, Jpsis usque ad plenariam causae hujus decisionem prorogamus; ne tamen Eodem abutantur, immo Generoso Capitaneo consuetas in hucusque dationes pendant, Eidem in omnibus licitis et honestis obediant, a tumultibus abstineant, sub rigore executionis Militaris Jpsis praecipimus. — Facturae sunt Fidelitates Vestrae praemissa omnia pro gratia Nostra Regia et Officiorum Suorum debito. — Jn quorum fidem, praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. — Datum Varsaviae die ut supra. — Augustus Rex. — Locus Sigilli. — Adalbertus Rakowski Pocillator Terrae Visnensis Sigilli Majoris Regni Secretarius manu propria. — . —.

15.) Rescriptum Declaratorium praecedentis Rescripti favore Michaelis Schröder emanati ad utrumque Magistratum Graudentinensem, Varsaviae die 12^ma Mensis Maij 1760. Anno expeditum. — .

Augustus Tertius etc. — Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. — Expositum Nobis fuisse per certos Consiliarios Nostros nomine et pro parte Spectabilium Praeconsulis - Consulum - Advocati - Scabinorum - totiusque utriusque Magistratus -

 — nec non Famatorum Senioris totiusque Contubernij Pistorum Civitatis Nostræ Graudentinensis: qualiter quidam Michael Schröder Civis antehac et Pistor dictæ Civitatis Nostræ Graudentinensis, aliquoties temporibus anteactis de adulterijs notatus et monitus non tamen resipiscens immo incorrigibilis existens et in pejora relabens, actum incestuosum cum quadam Catharina Hennichowna sorore germana uxoris Suae = paulo ante defunctæ patraverit; ac super ejusmodi crimine accusatus - inquisitus - confessus - ac legitime convictus - et subsequenter sub die nona Julij Anno praeterito in Judicio Scabinali Graudentinensi judicatus - et suadente Justitia Jure Civili et Contubernali Pistorum privatus, et ut ex Eadem Civitate migret ad Eandemque nunquam regrediatur adstrictus fuerit; nec ab hujusmodi sententia Appellationem interposuerit, sed duntaxat Rescriptum quoddam Aggratiationis et adversus Decretum Judicij Scabinalis Graudentinensis restitutionis, ad Jus Civitatis et Contubernij Pistorum redintegrationis a Nobis sub die secunda Mensis Januarij Anno currenti exportaverit. — Cum autem praefatus uterque Magistratus Graudentinensis et Contubernium Pistorum Ejusdem Civitatis, mediante praeallegato Rescripto Nostro, Juribus Suis magnopere derogatum esse /: ex quo personæ super aliquo crimine infamatæ - tanto magis processatæ - convictæ - et judicatæ prærogativis Civilis et Contubernalis Juris potiri nequeant :/ conquesti fuissent, declarationemque Ejusdem Rescripti a Nobis humillime supplicassent; Nos hujusmodi Supplicationi uti justæ et rationi consonæ benigne annuentes, et Jura Civitatis ac Contubernij Pistorum Graudentinensium in toto salvare et conservare cupientes, praeinsertum Rescriptum Nostrum praecedens superius de Actu specificatum declarandum et ad tramites æquitatis reducendum esse censuimus: prout declaramus et reducimus in eum modum, ut scilicet, firma manente privatione seu abjudicatione dicti Michaelis Schröder a Jure Civitatis et Contubernij Pistorum Graudentinensium, liceat Eidem cum uxore et Liberis in praefata Civitate Graudentinensi sive Ejus suburbijs honeste tamen et absque ulteriori scandalo ac quavis nota /: sub poena inevitabilis proscriptionis et exilij

pero

perpetui de Eadem Civitate ac Ejus Suburbijs in casum reincidentiæ in similia vel alia facinora irremissibiliter extendenda:/ morari, victum modis licitis non tamen illis quibus Cives Actuales et Contubernales fruuntur queritare, vel si Ipsi placuerit divenditis si quæ in Eadem Civitate Graudentinensi habet bonis immobilibus absque quavis cujusvis praepeditione, salvis nihilominus praetensionibus quorumvis Creditorum liquidis et realibus ad eadem bona si et quatenus concurrentium, domicilium mutare et alio se transferre: cujus rei attendentiam et executionem utrique Magistratui Civitatis Nostræ Graudentinensis, non obstantibus quibusvis in contrarium praesenti Declarationi Nostræ Rescriptis aut Citationibus ad reponendum Editis vel Edendis, committimus. ~ In quorum fidem, praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. ~ Datum Varsaviæ die prout supra. Augustus Rex. – Locus Sigilli Regni. – Adalbertus Rakowski Pocillator Terræ Visnensis Sigilli Majoris Regni Secretarius. –

16.) Literæ Magnificæ et Generosæ Nobilitatis Districtus Durbinensis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ conquerentis contra pericula Jurium ac Religionis Suae ex occasione Ducis imminentia nec non contra elevationem ad Dignitatem Supremi Consiliarij Dni Liegenhorn; ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium ex Districtu Durbinensi 30. Martij 1760. scriptae. –

Illustrissime et Excellentissime Dne! Animum Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ non sapientem solum sed et paternum, de rebus Nostris sollicitum, satis cognovimus ex Literis humanissimis datis Varsaviæ decima quinta Novembris Anni Millesimi septingentesimi quinquagesimi noni: quibus certiores Nos facere placuit, eundem animū esse et Regiæ Majestatis – et Senatus – et Serenissimi Principis Ipsius, ut inter futurum Ducem inaugurandum et Generosum Ordinem Equestrem pacta starent; per quae Ordini Equestri et in Ecclesiasticis et Politicis omnem ex Jure securitatem praestet. ~ Hæc Nobis proximo in Conventu propositum iri; et fore, ut cum Serenissimi Principis Caroli

Pleni

 — =Plenipotentiario pacta ineamus, et ab Eo omnem imprimis Reli=
gionis securitatem stipulemur. — Quod quidem gratissimo animo exce=
pimus monitum, id in pactis ejusdem Anni die decima quinta De=
cembris componendis pro norma Nobis fuit, et pro ea temporis ra=
tione conquievimus. — Verum Serenissimo Regio Principe haec per Ple=
nipotentiarium Suum pacta jam confecta Solennibus Inaugurationis
celebratis solvere, et Generoso Ordini Equestri Reversales palam
divulgatas obtrudere, non dubitante, quibus pacta Subjectionis —
Formula Regiminis — Regia Scripta — et Leges fundamentales satis
uti liquet violantur; isti quoque a Plenipotentiario Serenissimi Prin=
cipis antea exactae Religionis Nostrae securitati, cui satis provisum
esse arbitramur, periculum cum immineret; in nodum hunc adeo
difficilem incidimus, ut Delegatis Nostris aequius ac necesse fu=
erit, ex Comitijs secessionem facere, Nos vero Solennibus homagij
praestandi quinta Novembris superioris Anni indictis interesse dubi=
taverimus; qui Ecclesiasticis et Politicis omni periculo nonnisi va=
cuis et immunibus, ad jusjurandum adigi posse negamus. — Quem
Nobis Illustrissima Vestra Excellentia in Literis humanissime datis
acerrimum jurium et immunitatum Nostrarum Sese Defensorem
ultro obtulit; Eum supplices aggredi jam cogimur precibus humil=
limis, Vestram — Serenissimae Reipublicae — Procerum — Principis, Pro=
vinciarum incorporatarum Legum Immunitatumque Custodis, oppre=
ssis Nobis demisse implorantes, fidem — praesidium — atque consi=
lium: quo Vestro Suasoris et Auctoris ductu provide agamus, et
sperandane an desperanda potius sit integratio et restauratio Pacto=
rum Subjectionis Immunitatumque Nostrarum, persuasi simus. —
Non minorem Nobis solicitudinem affert, de qua conqueri cogimur,
illegitima Consiliarij Regij et Advocati Ziegenhornij formulae regimi=
nis — et Decisionibus Commissorialibus repugnans, praerogativas vero
Nostras ac Immunitates imminuens, ad eandem cum Consiliarijs Su=
premis dignitatem et Auctoritatem, elevatio. — Quae omnia, qualia
ac quae

ac quam gravia sunt, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad arbitrium referimus ac committimus. ~ Et licet Illustrissima Vestra Excellentia miranda animi attentione publicis rebus semper prospiciens satis cognita habeat, rerum tamen nexum, si uberius et ordine explicari Sibi jusserit, Comitiorum Provincialium Acta et Conventuum habitorum, annexa relatione historica, obsequiosissime trademus; quorum ex Diarijs quæ Manifestationibus cumulata sunt, colligere in proclivi erit, qualis futurus sit rerum exitus? ~. Supplicibus ideo ac humillimis precibus, quibus Illustrissimam Excellentiam Vestram adire Nobis liceat, hoc unum enixe et obsequiosissime rogamus, Illustrissima Excellentia Vestra turbatam Nostram tranquillitatem - religionem - ac immunitates proditas habeat Sibi commendatissimas; ac benevolo ac exoptato Responso abjectos animos et jacentes excitet. ~ In Vestrum enim validum praesidium et Clientelam, sub qua omni periculo exempti erimus, Nos commendamus ac tradimus. - Illustrissime ac Excellentissime Domine etc. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Obsequiosissimi ac Devotissimi Servitores. ~ Carolus ab Oeten dictus Sacken Capitaneus Minor Durbensis. - Otto Johann de Buchholff. - Georgius Godofredus de Weltberg. Fridericus Gotthardus à Mirbach. - Georgius Fridericus a Hoerner. - Heinricus Ernestus de Buttlar. - Ernestus Dietericus a Blomberg. Christianus Heinricus a Briecken. - Otto Fridericus a Biecken. - Fridericus Wilhelmus a Heyking. mp. ~. —. ~.

17.) Responsum Illmi Supremi Regni Cancellarij ad Easdem Literas Magnificæ et Generosæ Nobilitati Districtus Durbinensis die 12. Maij 1760. Varsaviæ datum. ~. -

Responsum Meum, ad Magnificarum et Generosarum Dominationum Vestrarum Literas de data 30. Martij Anno nunc currenti ad Me directas, retardavi; ut informari possim, quid in Curlandia actum sit sub absentia Mea in Regia Aula? ~. Ac imprimis secessionem Delegatorum ex Districtu Durbinensi excusandam volunt, ex ratione alicujus imminentis periculi tam in Ecclesiasticis quam in Politicis. ~ Quoad Politica: = Serenissimum Regem Dominum Nostrum Clementissimum in conferendo Ducatu Curlandiæ et Semigalliæ Serenissimo Principi

Carol

 —: Carolo dilecto Filio Suo processisse ex mente Senatus: idcirco non fecit quod paternus tantum dictavit amor, sed et quod Senatus suasit: quapropter nullus potuit timor inhærere mentibus Dominationum Vestrarum, quoad Politica. ~ Quo vero ad Ecclesiastica:: scrupulosæ conscientiæ Delegatorum Durbinensium, secessionem hanc a Conventu attribuo, non alicui malitioso recessui: postquam autem nunc vident Ducem Vestrum nulla imponere velle aggravatoria, omnesque Districtus nihil Sibi timendum quod spectat securitatē Religionis advertunt; quarenam Dominationes Vestræ Soli tanta pericula in politicis et Ecclesiasticis oculis Suis obtrudunt? ~ Post inita circumspecte Pacta Generosæ Nobilitatis cum Duce, et a Serenissimo Rege confirmata, quæ pericula, etiam adhibito Microscopio, nescio si quis observare posset. ~ Quoad Dominum Ziegenhorn: Hunc Serenissimus Dux ex alienis Ditionibus non accivit, sed in Curlandia invenit, ac in promotione Ejusdem ad Consiliariatum nunquam credidit aliquam posse Generoso Equestri Ordini inferre molestiam cum hanc personam promovit, pro qua tempore Dissidiorum inter Supremos Consiliarios et Generosum Ordinem Equestrem post subsecutam tranquillitatem utraque Pars supplicaverit Serenissimo Regi, ut Consilijs Ejus uti possent. — Hanc Meam ad Dominationes Vestras dirigo conclusionem: quatenus ad sensum aliorum Districtuum, in proxime celebrando Comitiorum Conventu, Suam alijs jungant accessionem. ~ Ego interea Serenissimi Ducis mentem placare curabo: et non dubito Principem hunc amorem omnium Sibi conciliantem, et Dominationibus Vestris parem alijs paterni Cordis demonstraturum affectum. — Quoad Me, semper propenso animo et ad servitia prompto maneo etc. —

18.) Declaratio Sacrae Regiæ Majestatis ratione Consiliariatus Ducalis Curlandiæ et Semigalliæ Varsaviæ die 13. Mensis Maij 1760. Anno expedita. —

Augustus Tertius etc. — Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. — Posteaquam Generosus Ordo Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, ratione Consiliariorum creanu-

creandorum, in novissimo Conventu gravamen Serenissimo Principi Regio dilecto Filio Nostro Carolo in Livonia Curlandiae et Semigalliae Duci obtulit, Eidemque rationes adjunxit quas pro Se militare existimavit; Serenissimus vero Curlandiae Dux, in hoc passu petitis Generosi Ordinis Equestris annuere Se non posse judicavit; adeoque resolutio ejusdem gravaminis in Conventu isto non est subsecuta, sed Majestati Nostrae reservata; jam vero Serenissimus Dux, expositis quoque rationibus animum Suum permoventibus, Suisque desiderijs, ut declaratione Nostra Regia omni ulteriori discussioni obviam ire Clementissime dignaremur, supplicibus a Nobis requisivit precibus: proinde Nos, pro Supremo Nostro in Ducatus Curlandiae et Semigalliae Dominio et pro conservandis tam Serenissimi Ducis quam Generosi Ordinis Equestris Juribus, habita matura cum Consiliarijs Lateri Nostro assidentibus deliberatione, certam in hoc negotio declarationem dare necessariam esse advenimus, praesentibusque Clementissime damus. — Quoniam Formula Regiminis Ducatibus Curlandiae et Semigalliae pro aeterna et fundamentali Lege est data, ad quam servandam Serenissimum quoque modernum Curlandiae Ducem juramento homagiali obstrinximus, quapropter et Ille Literis Suis Reversalibus Generoso Ordini Equestri datis nihil in contrarium recepit; itaque in hoc etiam negotio, quae in Formula Regiminis desuper sunt expressa, sancte servari volumus, ac ut omnino serventur, injungimus. ~ Cum itaque ex numero Consiliariorum Ducalium, qui primo loco hisce in Ducatibus esse debent, quatuor priores omnino ex Nobilibus Indigenis beneque possessionatis sint constituendi; quoad reliquos vero duos, qui praecipue Jurium optime gnari esse debent, Principi relictum est, ut Nobiles quoque si haberi possint vel Iis deficientibus ex Civico Statu Illos constituat; praefatisque sex Consiliarijs sub Regimine Ducum Judicium Principis Aulicum constituentibus, Principe etiam absente vel mortuo, uti Administrationis Munia ita et Jurisdictio secundum expressa verba indivisa atque in solidum est concessa: proinde, ut ultra Legem Serenissimus Dux in hoc passu stringatur, vel Legi fundamentali

dero:

 -derogetur, non permittimus; sed quoties casus in Lege expressus existeret, personas Juris-Doctoribus scientia æquipollentes, (: uti et omnes ac singuli antecedanei Curlandiæ Duces fecerunt :), ad munus præfatorum duorum Consiliariorum promovere poterit; Jisque cum reliquis Consiliarijs, juxta clara Legum verba, in pari potestate ac dignitate constitutis, aditus ad Conventus Provinciales qua Ministris Principis, uti et sub antecedaneis Ducibus in Ducatu praesentibus factum esse constat, omnino pateat; parique honoris cultu ibi excipiantur, neque Principe absente ab hoc vel alio quovis Regiminis munere excludantur. ~ Et siquidem per Formulam Regiminis in absentia Principis relictum est, ut omnia administrationis munia Principis Nomine expediant; Legem quoque hanc omnino servari volumus, hoc tamen praecauto: ne Princeps pro absente, neve pro casu absentiæ reputetur; si Serenissimus Dux propter negotia alia Ejus obeunda ad Nos vel aliorsum iter fecerit, ibique per aliquod tempus commoretur, nusquam vero sedem fixerit, sed expeditis negotijs rursus in Ducatum rediturus sit. ~ Omnes quoque in posterum Officiales, formula Juramenti in praesentia Principum semper praestiti et a Commissione Regia Anni Millesimi Sexcentesimi quadragesimi secundi ordinata, obstringantur. – Ad sonum itaque ac tenorem praesentis Declarationis Nostræ Regiæ, constitutum a Serenissimo Duce non ita pridem Consiliarium Ziegenhorn, ex omni parte eo libentius conservamus, cum tempore Dissidiorum inter Consiliarios tum Regentes et Equestrem Ordinem enatorum, utraque Pars Nobis supplicaverit, ut Ejusdem Consilijs uti possent; Nos vero Ipsi Officia Consiliarij Domui Ducali præstanda concesserimus; gratumque Nobis evenerit, quod statim ab initio Muneris tum suscepti, ad componenda ista dissidia ex Sua quoque parte omnem operam contulerit: unde nemini obscurum esse poterit, Illum in negotijs Ducalibus maxime esse versatum, Ipsumque Generosum Equestrem Ordinem magnam jam olim in Eundem posuisse confidentiam, dum Eidem iteratis vicibus negotia Sua coram Nobis Majestateque Nostra exponenda dirigendaque commisit. – Quocirca, ad Clementissimam = hanc

hanc mentis Nostræ Regiæ declarationem, omnes quorum interest se conformabunt, pro Gratia Nostra et Officiorum Suorum debito. – Datum Varsaviæ die ut supra. – Augustus Rex. Locus Sigilli Regni et Sigilli Magni Ducatus Lithvaniæ. – "

19.) Literæ Protectionales a non solvendis debitis Nobili et Spectabili Gotthilf Wernick Consuli Civitatis Gedanensis ad spatium trium Mensium a Sacra Regia Majestate die 16. Maij 1760. Anno datae. – . –

Augustus Tertius etc. – Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. – Cum Nobis constet per certos Consiliarios Lateri Nostro assidentes, Nobilem et Spectabilem Gotthilff Wernick Consulem Civitatis Nostræ Gedanensis, intuitu conquirendæ pro Exercitu Rossico Annonæ aliqua contraxisse debita; nondumque ratione alimentorum horum conquisitionis, cum personis ad id designatis, aliorsum vero distractis, perfecta sit calculatio; exindeque ad modicum tempus, retardata Illi solutio. – Ideo Nos, in hoc solo extraordinario casu, ne Idem Nobilis et Spectabilis Wernick ob praestita amica Nobis-Aulæ servitia aliquod in negotijs ulterioribus patiatur detrimentum, non expectatis a Nobili et Spectabili Magistratu Literis Testimonialibus, ex quo ad eludendos Creditores nulla fraus locum habere potest, Eundem Nobilem et Spectabilem Wernick in Protectionem Nostram facile assumendum esse duximus; prout et assumimus, Literasque Protectionales Nostras Eidem Nobili et Spectabili Wernick ad decursum trium Mensium a publicatione praesentium computandorum concedimus; ita, ut Idem Nobilis et Spectabilis Wernick praesenti Rescripto Nostro munitus, negotia quævis licita secure et tute peragere possit, et a jure et solutione debitorum ad tempus suprascriptum libertate fruatur, neque coram quovis Judicio seu Officio compārere teneatur, personâ - rebusque Illius sub hac Protectione Nostra per spatium ibidem expressum salvis manentibus. – Quod omnibus et singulis quorum interest, praecipue vero Nobili et Spectabili Magistratui Civitatis Nostræ Gedanensis ad notitiam deducendo, mandamus; ut requisiti a praefato Nobili et Spectabili Gotthilff Wernick Consule Gedanensi, hasce Literas Nostras Protectionales ad Acta Sua inscribi et publicari faciant, Easque et Ipsi observent et

ab

60. — = ab alijs observari curent, pro Gratia Nostra Officiorumque Suorum debito. — In quorum fidem etc. — Augustus Rex. — Locus Sigilli etc. —.

20.) Literæ ad Praenobilem et Spectabilem Magistratum Gedanensem, ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario, favore Ejusdem Nobilis et Spectabilis Wernick Consulis Gedanensis in Protectionem Regiam assumpti, Varsaviâ die et Anno ijsdem scriptæ. ~„

Praenobiles ac Spectabiles etc. — Id Praenobili et Spectabili Magistratui Jure tributum est, ut nemo ex Civibus in quolibet adversitatis casu Literis Regijs Moratorijs muniatur, nisi qui fuerit a Praenobilibus et Spectabilibus Dominationibus Vestris Regiæ Clementiæ commendatus, quemve Eædem testificatæ fuerint nec dolo nec fraude nec culpa obæratum esse; sed alterutro ex illis adversis casibus in quibus prorogationem Termini solutionis aequitas ipsa concedit, nullum magis mereri censeo commendationem — integramque Praenobilis et Spectabilis Magistratus assistentiam, quam Nobilem et Spectabilem Consulem atque Quæstorem Civitatis Dnum Wernick. — Perspecti sunt unicuique adeoque minus latent Praenobiles et Spectabiles Dominationes Vestras Contractus, quos Idem Nobilis Consul Wernick cum Russicis Militaris Annonæ Praefectis inivit; hos adimplendo, eam ingentem frumentorum copiam Russicis Imperialibus horreis praestitit, quam promiserat; sed illorum pretium ad summam Quingentorum quinquaginta millium florenorum bonæ monetæ ascendens, Eidem hacterus non est solutum; interea a Creditoribus Suis urgeri posset, et rei familiaris jacturam pati. ~„ Quapropter recursum fecit ad Thronum Sacrae Regiæ Majestatis, humillime implorans validissimam Regiam Gratiam et Protectionem; ne interea, dum Ipse tam magni Crediti Sui satisfactionem a Potentissima Russorum Aulæ dispositione expectare debet, debitis proprijs molestatus, Legum rigori succumbat, sed ad hoc ut Illius Creditores ad aliqualem patientiam redigantur. — Sacra vero Regia Majestas, quam benignissime personam et res praefati Nobilis et Spectabilis Domini Wernick in Suam Protectionem particulariter suscipiens, demandavit; quatenus Praenobilibus et Spectabilibus Dominationibus Vestris signi-

ficem

ficem Regiam Suam Intentionem fore, quod Praenobiles et Spectabiles Dominationes Vestrae Consulis et Quaestoris Civitatis honorem dignitatemque lucantur, tanquam nulla sua culpa Debitorem, contra Illius Creditores; Eosque Officijs et persuasionibus Suis, ad trium Mensium dilationem praefato Consuli concedendam, pro solutione disponant; quod Instantijs Praenobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum, neminem Illorum denegaturum esse arbitror. — In omnem vero eventum, si succederet aliquem ex Creditoribus vigore Juris contra dictum Nobilem Wernick intra hoc temporis spatium uti velle, ne Regia frustretur protectione, Sacra Regia Majestas Eundem muniri voluit Literis Moratorijs juxta annexam Copiam; quas Illi concessit non ac si bonis cesserit, sed tanquam uti breve temporis spatium adhuc necessarium est ad repetendas Sibi debitas Summas. — Sciens, quanta Praenobilis et Spectabilis Magistratus consideratione habeatur apud Concives et apud Exteros, Literis praefatis Moratorijs non opus futurum judico: transmittuntur interea ad hoc, ut nullo sub praetextu Nobilis Wernick ob causas Debitorum molestetur. — Coeterum gratissima Sacrae Regiae Majestati erunt illa quaecunque bona Officia, quae favore praefati Consulis Praenobilis et Spectabilis Magistratus adhibebit intuitu precipue Aulae Imperialis Russicae: nec dubito, quin assueta reverentia et gratitudine non studeat de Regia Gratia bene mereri. — Ego autem maneo solita propensione etc.

21.) Literae a Praenobili et Spectabili Magistratu Gedanensi, conquerentes contra Eundem Nobilem Wernick, in contractis debitis Creditoribus Se subducentem e Civitate inscio Magistratu abivisse iterque Varsaviam suscepisse, Cujus dictis apud Regem fides ut minime detur Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium = postulant, Gedano 16. Maij 1760. Anno scriptae. —

Ut Creditoribus, a quibus urgebatur, Se subduceret Dominus Gotthilff Wernick primariae Civitatis Consul, die 30. Aprilis clam Nobis inscijs abijt; ac Dominum Praesidem, Cui profecturum Se Mariaeburgum ac intra duos tresve dies rediturum nunciavit, illusit, itinere Varsaviam suscepto: unde, quando reversurus? incertum plane est, nisi quod longam fore Ejus=

abse

= absentiam provideamus. – Interea Jus Suum apud Dominum Judicem persequuntur Creditores, quorum numerus crescit admodum, ubi de Ejus abitu Mercatores exteri edocti fuerint. – Aegre sane ferimus, Consulem, non rogata Nostra venia ac Domino Praeside per fallaciam in errorem inducto, hinc profectum, et contra fas nec non Officij jurisjurandique religionem mandata Sibi Munia deseruisse; magis afflixit, quod ex Viro Illo, qui solvendis Creditoribus non sufficiens, per totam Civitatem tanquam Banci-Ruptor circumfertur, Collegium Nostrum labem aliquam contraxisse videatur, qua adhuc caruerat: sed maxime Nos sollicitat et angit, quod Varsaviâ accepimus, moliri Illum in Nos immo in Civitatem quibus non levibus molestijs involvamur, et ideo frequentem esse in Aula Regia, ac Illustrissimorum Senatorum circumire Palatia. – Jam hoc movet Nos Illustrissimam Excellentiã Vestram demisse orare, ne dictis Domini Wernick fidem habere dignetur, si vel Nos vel Ordines reliquos insectaretur, aut suggeret quæ publici boni specie Civitatem exhaustam et aere alieno obrutam ad novos sumptus quibus par non foret adigerent. – Nec minus Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ supplicamus, ut Nobis Sua Auctoritate benignissime subvenire velit, si apud Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum tentarentur, quæ Nostram Ordinumque integritatem redderent ambiguam, aut Civitatis Jura in discrimen adducerent. – Est quidem, in Sacrae Regiæ Majestatis æquitate et Clementia, fiducia summa: minus tamen contra Nos audebit Dominus Wernick, ubi intellexerit, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ praesidio Nos non destitui. – Erit hoc unum gratiæ et benignitatis, qua Nos – Ordines coeteros – et universam Civitatem Illustrissima Excellentia Vestra complecti solet, documentum Justitiæ et Legum Custode gravissimo dignum: quod Nos gratissima mente omni tempore colemus, DEumque precabimur, ut Illustrissimam Excellentiam Vestram Sospitem et Florentem servare velit quã diutissime. –

22.) Literæ Salvi Conductus a vi et potentia Officij Castrensis et Consularis Cracoviensis tum quorumvis Officiorum et Judiciorum ac quarumvis

per

=Personarum, Nobili et Honorato Josepho Putanowicz=
Civi Mercatori Cracoviensi et Juris-Supremi Magdeburgen=
sis Scabino, Varsaviæ die 19. Maij 1760. datæ. ~.

Augustus Tertius etc. – Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest universis et singulis. ~ Expositum Nobis esse nomine et pro parte Nobilis et Honorati Josephi Putanowicz Juris Supremi Magdeburgensis Castri Nostri Cracoviensis Scabini Civis Mercatoris Cracoviensis: Ipsum, ratione quarundam injuriarum Nobili Joanni Kajerski ac si consultò illatarum, ad Officium Consulare Cracoviense, ex instantia Instigatoris Ejusdem Officij Ejusque Delatorum Nobilium Barbaræ Kajerska dere=lictæ Viduæ Matris tum memorati Joannis Kajerski Filij, cruda Cita=tione – strictissimo Termino – una pro crastina die, Conventum, non su=sceptoque arresto – nec attenta licet judicialiter illata legalitate absentiæ, summario Processu in poena Bannitionis perpetuæ, liberæ per quodvis Officium captivationis, ac proscriptionis de Cathalogo Civium Cracovien=sium, aggravatorie in contumaciam Condemnatum et publicatum esse. – Interim, ne post aggravationes ejusdem condemnationis ulteriorumque processuum ac eorundem executiones, tam bonorum generaliter omnium quam personæ praefati Nobilis et Honorati Josephi Putanowicz Civis = Mercatoris Cracoviensis, bonaque Ejusdem alicui exponantur jacturae, faciliusque Se in memorato Officio Consulari Cracoviensi ab Objectis re=levare valeat; Supplicatum Nobis est, ut Illi de opportuno Juris remedio subvenire, Eumque una cum Conjuge et Bonis Eorundem in Patrocinium et Protectionem Nostram Regiam assumere, Eidemque Salvum-Conductum Nostrum, a vi et potentia memoratorum Officij Consularis – tum Castren=sis Cracoviensis – Nobilium Barbaræ Matris – Joannis Filij Kajerskie – ac aliarum quarumvis Personarum – tum quorumvis Officiorum et Judicio=rum, dare et concedere dignaremur. ~ Cui Supplicationi justæ ac legiti=mæ benigne annuendo, Juribusque de formandis Processibus insistendo, ac eo potissimum in consideratione habito, quod praefata perpetua Banni=tio in contumaciam Citati indebite sit super Ipso obtenta; Ipsum, cum bonis – mercibus – et rebus omnibus Ejusdem ubicunque consistentibus, in Patrocinium et Protectionem Nostram Regiam assumendum, Illique Li=teras Salvi-Conductus Nostri dandas et concedendas esse duximus: =

uti

 — uti quidem assumimus — damus — et concedimus praesentibus Literis Nostris: idque ad decisionem Causae suprascriptae, cum suprafatis Instigatore Officij Consularis Cracoviensis — Nobilibus Barbara Matre et Joanne Kajerski Filio tam in memorato Officio Consulari quam et ex vi prosequendae; si se Pars aliqua gravatam sentierit, appellationis in Judicijs Nostris Assessorialibus pendentis sive pendendae. — Quibus quidem Literis Salvi-Conductus Nostri munitus praefatus Nobilis Josephus Putanowicz Civis Mercator Cracoviensis, eo diligentius — tuto — secure — bicite — et libere — sine perhorrescentia supramemoratorum Instigatoris Officij Consularis Cracoviensis — Nobilium Barbarae Matris et Joannis Filij Kajerskie aliarumque quarumvis Personarum, ubique in Regno Dominijsque Nostris versari, negotia quevis licita et honesta exercere, Officia Scabinatus ac alia peragere, et coram quovis Judiciorum et Officiorum Regni Subsellio absque metu captivationis aut incarcerationis = comparere — agere — respondere — causas et actiones Suas intentare — intentatas et intentandas defendere — a Sententia gravaminosa ad Judicia Nostra Assessorialia appellare — stanteque tali Appellatione, donec causa finaliter decisa fuerit, omni securitate gaudere — Actus quoque Juridicos quosvis exercere et perficere — merces Statui Suo congruas convehere — illas venum exponere — et libere divendere poterit: personis bonisque Illorum sub hac Nostra Protectione salvis manentibus. ~.

=Quod omnibus et singulis quorum interest, praesertim vero Officijs Castrensibus — Consulari Cracoviensi — aliorumque Judiciorum et Officiorum Officialibus ad notitiam deducentes, Ipsis mandamus; ut praesentes Literas Salvi Conductus Nostri ad Acta Sua suscipi — Eas ingrossari — Praeconis voce publicari faciant; Ipsi, prout ratio Juris postulaverit, Justitiam administrent; hasque Literas Salvi Conductus Nostri et Ipsi observent, et ab alijs observari curent, pro Gratia Nostra Regia et Officiorum Suorum debito, tum sub poenis in Convulsores Literarum Salvi Conductus Nostri Legibus descriptis et alijs arbitrarijs. ~ In quorum fidem, praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. — die et anno ut supra. — Augustus Rex. —
Locus Sigilli Majoris Regni. ~., —. ~., — 23.)

23.) Instrukcya Jaśnie Wielmożnym Jakobowi Kruszewskiemu Skarbnikowi y Kommissarzowi z Województwa Łęczyckiego, Tadeuszowi Przyłuskiemu Staroście Radziackiemu z Ziemi Chełmskiey Kommissarzowi od Trybunału Radomskiego do JEgo Królewskiey Mości Delegowanym Posłom dnia 20. Maij 1760. Roku dana. —

Żeby JEgo Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy wiedział, iż wszystkie Stany maią za co dziękować y Wszechmocności Boskiey powinne oddawać dzięki za Szczęśliwe JEgo panowanie, za pokoju Nam pożądanego utrzymanie, za osobliwe z ubliżeniem Swoich Państw straty, z zdrowia nadwerężeniem o Nasze dobro publiczne staranie się; Nasz Trybunał przy spokoynym JEgo Królewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego panowaniu Kurs Swojey sprawiedliwości według prawa przepisanego prowadzący, s którnie Panu Swojemu Nieoszacowanemu y na wszystkie Wieki chwały Godnemu niesie Uszanowanie y Adoracyą. ~ Nieżąda nic od Nayjaśnieyszego Pana jako w tey mierze Łask JEgo pełny: tylko Ręce wznosi do Boga nad Królami Panuiącego y Ich Sercami rządzącego, aby jak naydłuższe życie Sprawiedliwemu — Mocnemu — y Nayłaskawszemu pozwolił Panu. — Mamy za co dziękować partykularnie JEgo Królewskiey Mości Panu Naszemu Miłościwemu, że Nam tak Godnego — tak Zacnego — multis Titulis Chwalebnego naznaczył Prezydenta JW. Imci Xiędza Bajera Biskupa Chełmińskiego, który przez Swoie znakomite na publicznych funkcyach Zasługi — odprawioną przeszłego roku Prezydencyą — y teraz Nas zaszczycającą, więcey nic żądać niemoże tylko partykularnego JEgo Królewskiey Mości Łasce Zalecenia. — Wie JEgo Królewska Mość jak Sług Swoich szacować prace! Zaczym zalecamy JW. W. Ichmć Panom Posłom, aby JW. Imci Pana Ludwika Mokronowskiego Strażnika Polnego Koronnego, przez wszystkie kroki Życia Swojego na usługach Rzeczypospolitey y w woysku z azardem substancyi y zdrowia pracującego, Kommendy różne trzymaiącego, poselskiemi y innemi funkcyami zaszczyconego, teraz Nam Marszałkuiącego, dystyngwowaney JEgo Wspaniałemu y Dobrotliwemu Sercu oddali protekcyi. ~ Jaśnie Wielmożnych Kommissarzów wspólnie z Nami zasiadających y pracujących, dla samego honoru JEgo Królewskiey

Mości

 — = Mości Pana Naszego Miłościwego Swoje azarduiących zdrowie y fortuny, distinctivè JEgo Królewskiey Mości Panu Naszemu Miłości: wemu zalecą Justitiæ Ciż JWW. Posłowie. — Niech niepatrzy JEgo Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy, na żadne niby od Nas zaniesione powierzchowne rekommendacye: ale niech pamięta na obowiązane dla JEgo dostojeństwa przysługi. ~ Niepodobna, ażeby Pan tak Łaskawy y Sprawiedliwy niemiał słusznego w zachodzących okolicznościach na każdego z osobna względu. — Zaczym JWW. Posłowie te Izby Naszey oświadczywszy publicznie desideria, o pamięć y Łaskę JEgo Królewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego supplikować będą. — Locus Sigilli.
X. Andrzey Bajer Biskup Chełmiński Prezydent Trybun. Koronnego.
Ludwik Mokronowski Strażn. W.K. Marszałek Trybunału Koro.o

24.) Respons na Tęż Instrukcyą Urodzonym Trybunału Skarbowego Radomskiego, Posłom, od JEgo Królewskiey Mości z Kancellaryi Wielkiey Koronney dnia 27. Miesiąca Maja 1760. Roku dany. —

Wywyższa się mocą y Powagą JEgo Królewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego Zacny Trybunał Radomski, że przez Godnych Posłow Swoich całopalną w Tronu oddając życzliwości Ofiarę, zniża do Nóg Pańskich Serca y myśli Swoje. ~ Cieszy się Nayjaśnieyszy Pan, że zakładając panowania Swego zupełne ukontentowanie w szczęściu powierzonego Rządom Swoim Ludu, Święta Go od wielu przykrości zastania Sprawiedliwość: która, kiedy w Zacnym Trybunale Radomskim bespieczne usłała sobie siedlisko, przypisuje to JEgo Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy zastarzałey miłości Oyczyzny - Urocie Wielebnego Prezydenta, przypisuje wzwyczajoney do dobra pospolitego pracy Urodzonego Marszałka jako y wszystkich zasiadających Sędziow zupełney doskonałości. — A tak JEgo Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy Całemu Zacnemu Trybunałowi Radomskiemu Pańskie Swoje ofiarując Respekta, w podających się okazyach, przy szafunku dobrodzieystw, Godnych Sędziow w Łaskawey zawsze mieścić będzie pamięci. ~ " —. Na własne JEgo Królewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego Roskazanie. etc. ~ " —.

25.)

25.) Literæ Praenobilis et Spectabilis Magistratus Gedanensis, intuitu Nobilis Wernick Consulis Gedanensis in Protectionem Regiam cum praejudicio Jurium Civitatis Ejusdem assumpti et Literis Protectionalibus muniti, ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium Gedanô die Vigesima Tertia Mensis Maij Anno Domini 1760. scriptae. ~„ —.

Illustrissime etc. — Justitiæ et Legum Praeside ac Custode Gravissimo digna vox, quam Illustrissima Excellentia Vestra in benignissimis Suis ad Nos die 16. praesentis Mensis datis Literis Nobis in memoriam revocavit; quid ad impetrandas a Sacra Regia Majestate Literas Moratorias Jura exigant? — Quo major est fiducia, Illustrissimam Excellentiam Vestram Sua Auctoritate apud Sacram Regiam Majestatem Nos non destituturam, Cujus Literæ Protectionales pro Nobili et Spectabili Domino Wernick Civitatis hujus Consule Nobis exhibitæ sunt, quales antea neque Nos neque Majores Nostri receperunt cum qui facinus aliquod admiserunt, Salvum Conductum, qui solvendo impares Moratorias Literas obtinuerint, Protectionalibus adhuc ignoratis! ~„ - Exposuimus illud Sacræ Regiæ Majestati subjectissimè, informationemque praesentibus junximus: Cujus summam, ut Sacræ Regiæ Majestati Illustrissima Excellentia Vestra referre, Nostrisque rationibus ac precibus pro Sua in Nos Civitatemque innumeris fere documentis probata benignitate, subvenire dignetur, Gratiam observantissime oramus. — De debito Russico non aliud scimus, quam quod ex Nobili et Spectabili Domino Wernick audivimus, et quod rumore qui tamen varius est circumfertur. — Detulimus hoc Anno, rogati pro Nobili et Spectabili Domino Wernick ad Illustrissimum Dominum Comitem de Fermer Exercituum Russicorum ex Praecipuis Ducem, Nostras preces, adjecto ad Nos Nobilis et Spectabilis Domini Wernick Libello Memoriali, in quo supra quinque auritonnas ut vulgo loquimur, debitum computatum: ad quas Nostras preces ab Illustrissimo Domino Comite de Fermer nihil Nobis adhuc responsum: contra, negat Russicus apud Nos Dominus Residens tantam Summam deberi, sed aliam

longe

krzywdach Polskich Obywatelow, urgendo Limity, bez żadnego ferowa-
nego Dekretu z Swojey strony, rozjechali się. ~ " — . ~

- Octavo. - w Roku 1756. dnia 17. Martij, utrzymując przez
Siebie wyprokurowany Reskrypt Listami trzema Wielmożnych Kom-
missarzow Polskich do przeniesienia Jurysdykcyi z Targowicy do Kryło-
wa sollicitarunt. - A gdy Wielmożni Kommissarze Polscy, trzyma-
jąc się Reskryptow y Ordynacyi Sądow tudzież fundowaney Jurysdykcyi
z Targowicy do Kryłowa w inne Województwo jechać recusarunt;
dopiero eodem Anno d. 5. Augusti Listem Swoim Wielmożni Kom-
missarze Rossyyscy do Targowicy zjechać obowiązali się: a tak in
Anno sequenti 1757. die 3. 8bris przybywszy do Targowicy, naysam-
przod aby na stronę Rossyyską z Ludzi Polskich była uczyniona sa-
tysfakcya domagali się: która bez odwłoki, bo eodem Actu między
Wielmożnemi Kommissarzami Rossyyskiemi z jedney, a Urodzonym
Marcinem Dzwonowskim, z nakazaniem oddania Wozu y pary koni
Stronie Rossyyskiey; y tegoż czasu między Hrehorym Korniciowiczem
- Andryjem Stefanowym - y Romanem Kirylenkiem Zagranicznemi
z jedney, a Tymże Urodzonym Dzwonowskim y Arędarzem Sokołowskim
injunctæ restitutionis soli wozow siedm lub zapłacenia in instanti,
dwa nastąpiły Dekreta: a po nastąpionych Dekretach, po poda-
nych punktach w pretensyach oboyga Narodow y po podpisanych Re-
zolucyach, et principaliter w stawieniu Juska Tabańca, gdy już In-
kwizycye ex parte Convincentis wywiedzione od WW. Kommissarzow
Polskich super incorruptionem Testium zaprzysiężone, zupełney do-
magali się od WW. Kommissarzow Rossyyskich satysfakcyi y przystą-
pienia do Exekucyi; WW. Kommissarze Rossyyscy non accedendo do
tego et hoc ipso pobłażając Hultajom raz że do Kryłowa drugi do

Gabiu

 — " = Gabinetu dla rozsądzenia tę Sprawę doestać allegowali, y najedy=
ne wycięczenie czasu goniąc, bez żadney tak na statuycya Haydamakow
ab Anno 1750. deklarowaną jako y na inne Rezolucyi niedawszy odje=
chali. — Notandum zaś, że w Humaniu pięćset Koni Tatarskich na
Jarmark przybyłych, 300. Żołnierskich y Kozackich zabrano, a potym
goniących Humańcow za Haydamakami czterdziestu zabito. ~" —
= N o n o. — w Roku zaś 1759. już zaniechawszy Krylowa dla dania
z Siebie niby pozorney Exkuzy, gdy Wielmożni Polscy Kommissarze do Tar=
gowicy zjechali y Sądy przyrzekłszy sądzić Jchmciow listownie prevene=
runt; Jchmc Kommissarze już do będących w Targowicy Wielmożnych
Kommissarzow Polskich responsowali; że mamy Ukaz aby nie w Archan=
hethorodzie ale w Ternowce, która Archanhetska Słobodą nazwali, Ko=
missya odprawowana była; przeciwko którey Ternowki z Polskiey strony
pusty step y dziki – sam przesmyk Haydamacki ciągnący się ku Tata=
rskim Stepom y Hardowi znayduje się: a tym sposobem chcąc prawie
jakoby in speluncam Latronum wprowadzić, zjechania Wielmożnych
Kommissarzow Polskich pretendowali: a tak Wielmożni Polscy Kommi=
ssarze widząc remoram Justitiae – przez Jchmc Panow Kommissarzow Ros=
syyskich jedyną zwłokę y eluzyą, po ośmioniedzielney sedenteryi w Tar=
gowicy, Sądy limitować musieli. — Ztąd jawny dowod, że nie occasione
Polskiey strony Sprawiedliwość y Satysfakcya zaniedbana; bo zawsze goto=
wi, jako się evidenter pokazuje że usilne koło niey mieli staranie, czy=
nić; ale ze strony Rossyyskiey Wielmożnych Sędziow; którzy obum=
brando sprawiedliwy Jnteress, gdy już zachodziło ad decisionem causae
niewchodząc w kognicyą onego, że oprócz wyż namienionych millio=
now z pretensyy wynikających krzywdę niemałą Województwo po=
nosi, bo ab Anno 1750. ad Annum 1757. zabito Xięży 3. Szlachty
28. pospólstwa 310. Grekow Kupcow Zagranicznych 14. Kościołow zra=
bowano 2. Cerkiew 1. Miast 40. Wsiow 199. nieinkludując w to re=
center poczynionych wiolencyy, różne wynaydują sposoby; a nadto
jeszcze oskarżając Wielmożnych Kommissarzow Polskich. prędkiemi
do satysfakcyi Siebie być sądzą, jako obszerniey w Memoryale jest
wyrażono. — A zatym, jako niewinnie ta na Wielmożnych Sędziow
Pol

Polskich powleczona jest impostura, tak gdzie Interess pociągnie = według opisanych punktow Jchmciom Kommissarzom Rossyyskim dowodzić oświadczają się JJJ. Kommissarze y Sędziowie Pograniczni Wdztwa Bracławsk.

Numero Tertio 3.) List Jaśnie Wielmożnego Jmci Pana Potockiego Wojewody Kijowskiego intuitu Sądow Pogranicznych, do Jaśnie Wielmożnego Jmci Pana Kanclerza Wielkiego Koronnego pisany, zaś przez Tego Jmci Panu Ministrowi Rossyyskiemu dnia 11. Julij sub No 3o copiatim kommunikowany. — Jaśnie Wielmożny etc. — Rozumiem, że Jmćpan Chojecki Chorąży Zytomirski a Sędzia Pograniczny odesłał JWo: Wmćpanu Dobrodziejowi Explikacyą na podane od Strony Rossyyskiey kwerymonie dawnieysze. — Ja zaś co teraz mam z Raportow od Subalterna Mojego Kommendanta Partyi Ukraińskiey, z Urzędu y Obligacyi Moiey niezaniedbywam JWo: Wmćpanu Dobrodziejowi donieść: iż świeżo złapany od Hultajow Wozaz zeznał, jako w Państwie Rossyyskim kilkaset Haydamakow na Futorach u Kozakow tamteyszych zimowało; y że Pułkownikowi Kommendę mającemu w Gardzie kilkanaście Wołow, parę po talerow bitych trzy przedali; tak tanio? nie bez przyczyny. — Wyszły niedawno Uniwersały ad Instantiam Posła Rossyyskiego od JEgo Królewskiey Mości, a na Moje Ręce do publikowania po Województwach Pogranicznych przysłane, in ordine zapobieżenia aby Obywatele Polscy Ludzi pogranicznych u Siebie nieprzechowywali, z Niemi niełączylisię, y w żadne konszachty na szkodę Kraju Rossyyskiego niewchodzili. — Z takowey delacyi pokazujesię oczywisty żart; że o to rekwirują, do czego nigdy z Strony Polskiey podobieństwa niebyło, y czego żadnym naymnieyszym niemogą wyprobować dowodem. — Z tych zaś oczywistych dokumentow pokazuje się, jako Obywatele Rossyyscy przez Swoje kointelligencye z Hultajami są okazyą nieustających Krajowi Naszemu Szkod. — A zatym podobnieyby, aby takowe Uniwersały od Nayjaśnieyszey Imperatorowey JEymci wyszły: jakoż w samey rzeczy, racz JWo Wmćpan Dobrodziey przez uczynioną do Posła Rossyyskiego rekwizycyą efficere, aby dane były surowe Ordynanse Woysku nad Granicą stojącemu, aby Hultajow nieprzepuszczali y owszem Ich łapali y gromili; item

Kom=

 — =Kommendę maiący aby się z Niemi nieporozumiewywali, a jeżeli zdarzy się że takowych Hultajow gonić będą, aby dawali pomoc; zamiast którey nieraz się praktykowało że jeszcze przeciwko podjazdom Naszym powstawali, sporządzając przez to łatwieysze Hultajom wyście. = Z drugiego Raportu od Imćpana Obriskiego z Podjazdem nad pogranicznem Nowo-Serbij znayduiącego się mam wiadomość, iż Imćpan Generał Horwalt przeszedł przez Rzekę Wis nazwaną, y na Naszey Stronie zaczął szańczyki na Armaty y Karabuly robić. — To wszystko donoszę z Obowiązku Urzędu Mojego Jaśnie Wielmożnemu JB: mćpanu Dobrodziejowi. — Sam zostaię z należytym Respektem. —

42.) Rescriptum Superadditionis Commissariorum in Causa Oppidanorum et Artificum Lesnensium ad Varsaviam cum Confraternitate et Contuberniis Civitatis antiquæ Varsaviæ, ibidem die Decima Mensis Junij Anno Domini 1760. expeditum. ~ .

Augustus Tertius etc. — Venerabilibus, Felici Paulo Turski Ecclesiarii Metropolitanæ Gnesnensis et Insignis Collegiatæ Varsaviensis Canonico Praeposito Javoroviensi Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali Varsaviensi, Carolo Friderico Kreni Plocensi et Insignis Collegiatæ Varsaviensis Canonico Judici Surrogato, et Generoso Laurentio Zieliński Venatori Terræ Sochaczoviensis ac Notario Judicij Mareschalcatus Regni, fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. — Venerabiles et Generose fideliter Nobis dilecti! = Intercesserat Decretum in Judicijs Nostris Post-Curialibus Regni inter Spectabiles et Famatos Carolum Weysbergier proturic Proconsulem totumque Magistratum et Communitatem, tum Mensifices - Aurifices - Vitriarios - Sartores - aliosque Oppidanos Lesnenses ad Varsaviam ab una, atque Seniores Contuberniorum Mensificum - Vitriariorum - Sartorum - totaque Eadem Contubernia Mensificum - Sartorum - Vitriariorum - et Aurificum Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ mutuos Actores et Citatos ab altera, nec non Generosum Instigatorem Regni - Contuberniorum Pelliorum - ac Cives antiquæ Varsaviæ ad eandem causam intervenientes a Tertia Partibus sub Actu Varsaviæ Feria quarta pridie Festi Sancti Petri in vinculis

die

die scilicet Trigesima prima Mensis Julij Anno Domini millesimo 
septingentesimo quinquagesimo quarto, ratione Oppidanorum et Arti=ficum Lesnensium per Cives et Contubernia Antiquae Varsaviae ad forum incompetens intuitu Mercaturae ac artificiorum Mechanicorum exerci=torum evocationis, Judicatorum ejusdem fori executionis, aliarumque injuriarum fusius in Originalibus Citationibus expressarum ex contro=versijs partium latum. — Quo Decreto Nostro, admissis interventio=nibus tam Generosi Instigatoris Regni quam Contubernij Pellificum ac Civium antiquae Varsaviae, necessariam esse Commissionem in ordine bo=ni Regiminis constituendi adinveneramus: ad quam expediendam Venerabilem Antonium Grzegorzewski Archi-Diaconum Posnaniensem, tum Generosos Nicolaum Małachowski Capitaneum Opocnensem, Anto=nium Brzozowski Curiae Regni Notarium, et Ignatium Ludovicum Nowicki Praefectum Metrices Regni Secretarios Nostros assignavera=mus et ordinaveramus. — Sed quoniam idem Decretum, ob subsecuta fa=ta Venerabilis Antonij Grzegorzewski Archi-Diaconi Posnaniensis, tum quoque ob absentiam aliorum Commissariorum superius indigitatorum et Deputatorum, non est ad executionem deductum, nec suum sortitur effe=ctum; ideo supplicatum est Nobis nomine praememoratorum Oppidanorũ et Artificum Lesnensium, quatenus alios Commissarios superaddere dig=naremur. — Cui Supplicationi benigne annuentes faciendum esse duxi=mus, ut Fidelitates Vestras, de quorum industria - et in rebus agendis dexteritate optime persuasi sumus, superadderemus; prout praesenti=bus Literis Nostris superaddimus, injungentes Fidelitatibus Vestris; qua=tenus junctim cum praefatis Generosis Commissarijs Decreto Nostro de=signatis, praevia Odestinatione Partium - absentia nonnullorum ex Fi=delitatibus Vestris dummodo duo adsint non obstante, actum praefatae Commissionis in ijs Terminis in quibus stetit et pendet reassumant, Jura et Privilegia utrarumque Partium revideant et trutinent, dubia si quae in jisdem reperiuntur resolvant et concilient, utque tam Merca=tores quam Opifices Lesnenses Suas artes cum dependentia tamen Con=fraternitatis Mercatorum et Contuberniorum Antiquae Varsaviae quiete exercere possint modum adinveniant, ac regulamen in omnibus discor=

dijs

 – =dijs et dissensionibus praescribant. – Et quia Cives Antiquæ Varsaviæ – tum Contubernium Pelliorum – alijque Opifices – et mechanica exercentes, ratione praepeditionis Sibi in exercitio Mercaturarum et opificiorum exindeque ademptionis modi vivendi, tam contra Mercatores Antiquæ Varsaviæ quam et Lesnenses conqueruntur; ideo earundem querelarum Fidelitatibus Vestris investigationem committimus; et si praefati Mercatores praenominatis Intervenientibus aliquod damnum et injuriam adferunt, unumquemque circa Jura Sua conservent, praepeditiones abrogent, et ne unus alteri modum sustentandi adimat Ordinatione Sua prospiciant. – Quod autem spectat Interventionem Generosi Instigatoris Regni pro Munere Suo, respectu disordinis abusuum et extorsionum ab accedentibus ad Contubernia, aliarumque inconvenientiarum in Contubernijs solitarum, dispersionis proventuum, fraudationis et deceptionis variarum personarum in opificijs factae; quoniam hoc punctum commune bonū respicit, proinde Fidelitatibus Vestris committimus; quatenus de praemissis disordinibus – abusibus – inconvenientijs – prodigalitatibus proventuum Contubernalium – et elusionibus inquirant, et quidquid contra Jura – Privilegia – et Decreta Contubernalium peractum fuerit, omnes ejusmodi abusus et disordines tollant, et anteriores Ordinationes si quæ reperiuntur reassumant, et ad tenorem constituant, et ut in suo robore permaneant Nobili et Spectabili Magistratui executionē exactam committant, Regestra perceptorum et expensarum tum calculationes et quietationes Proconsulares ab Anno 1746. revideant, et si quis error in eisdem reperiatur eum corrigant et ad satisfactionem a quo competierit adstringant, expensas in futurum regulent, inutiles et superfluas inhibeant. – Quantum denique ad punctum, respectu deceptionis seu irrealitatis in comparandis de tempore artificijs et opificijs; obviando in futurum cuivis variarum personarum damno et incommodo ac deceptionibus, Fidelitates Vestræ hoc in puncto animadvertent; ne similia per Artifices et Opifices practicentur, eoque nomine contra Fraudatores et Deceptores poenam arbitrariam imponent, Nobilibusque Proconsulibus seriam horum attendentiam ac poenarum in contravenientes extensionem commendabunt, =

quemad

quemadmodum et respectu dierum vacantiæ per Socios cum detrimento etiam Magistrorum excogitatæ sciscitabuntur, abusum et pravum hunc morem sufferent, Socios ad absentiam ab his monebunt, et sub poenis similia inhibebunt, Sessiones hospitales certa die opportuna non feriatsa peragi constituent, coeteraque in praemissis necessaria peragent, et post peracta sibi praescripta causam et partes pro approbatione ad Judicia Nostra Post-Curialia remittent, praelibatumque Decretum Nostrum supra de Actu specificatum in toto exequantur. — Facturæ sunt Fidelitates Vestræ pro Gratia Nostra et Officiorum Suorum debito. — In quorum fidem praesentibus sigillum Regni est appressum. — Datum ut supra. — Ad Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis proprium. — Joannes Malachowski Supremus Regni Cancellarius mp.

43.) Literæ Praenobilis ac Spectabilis Magistratus Gedanensis, quibus Illustrissimum Regni Cancellarium Supremum informant Reverendum Podoski Referendariū Regni venisse Gedanum cum Rescripto Regio ex Cancellaria Saxonica emanato ad peragendam intuitu Proventuum ex Portorio Gedanensi spectantium Commissionem, rogantque quatenus imminentia ex machinationibus Wernikianis praejudicia avertantur, Gedano 20. Junij 1760. Anno scriptae. —

Illustrissime etc. — Gratiosissimæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ in Nos et hanc Civitatem propensionis interpretem egit Secretarius Noster in Aula Regia commorans, dum iteratis Suis ad Nos Literis certiores Nos reddidit; Illustrissimam Excellentiam Vestram pro Sublimi Munere Suo non permissuram, ut machinationibus et moliminibus Wernikianis Jura et Privilegia Civitatis hujus aliquod patiantur detrimentum. — Singularis haec et a Nobis nunquā satis colenda Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ benevolentia tanto magis Nos impellit, ut cum Eadem de rebus quæ Civitatem Ejusque Jura tangunt, eo majori cum fiducia communicemus. — Venit ad Nos die septima hujus Mensis Illustris ac Reverendissimus Regni Referendarius Podoscius; et die decima sexta Ejusdem Mensis Rescriptum Regium Commissoriale, cujus Copiam hisce jungimus, Nobis exhibuit; vigore Cujus injunctum Nobis curare, ut Illri ac Reverendissimo Domino Commissario rationes Proventuum Portorij ab ipsis Sacræ Regiæ Majestatis felicis Regiminis primordijs exhibeantur, Consules

tres

 — =tres ad presens Portorij Praefecti coram Ipso de rebus ad Portorium spectantibus sufficienter respondeant; Scribæ etiam Portorij — Revisores Mercium — Calculatores navium — ac Praefecti Aromatum sistantur; et ad omnia Ipsis proponenda vi Officij Sui respondeant; nec non ut non solum Libri Mercatoriales Eorum qui negotia maritima exercent, si Illustri ac Reverendissimo Domino Commissario ita visum fuerit, producantur, sed etiam dicti Mercatores Ipsi sub Jurisdictione Nostra existentes compareant; et in genere omnia suppeditare quæ ad detegendam veritatem facere poterunt.

=Singulis hujus Rescripti Regij punctis diligenter ponderatis, et habita ratione eorum quæ in Tractatibus Portorij cum Divo Rege Stephano initis ea de re sancita quoque in ejusmodi casibus anteriori tempore observata sunt, Illustri ac Reverendissimo Domino Commissario per Deputatos Nostros declaravimus, Nos revisionem Proventuum Portorij nomine Regio faciendam declinare neque velle; modo ad praescriptum Tractatuum Portorij, et ad exemplum anteriorum temporum fiat: — liberum itaque fore Illustri ac Reverendissimo Domino Commissario, quandocunque voluerit, ad Cameram Portorij descendere, ibidem tanquam in loco consueto Libros et ratiocinia portorij quæ partem Regiam concernunt inspicere — revidere — et examinare, Consules etiam Portorij Praefectos nec non duos Scribas solito obstringere juramento. — Ratione reliquorum autem punctorum de Revisoribus Mercium — Calculatoribus navium — et praefectis Aromatum sistendis, nec non de producendis Libris Mercatorialibus Eorum qui negotia maritima exercent; cum ea insolita et anterioribus temporibus ignota sint, Jura etiam et commercia Civitatis hujus maxime afficiant, Nos necessitatem Nobis impositam videre, habito cum reliquis Ordinibus desuper Consilio Sacram Regiam Majestatem humillime informare. — Quam Dominorum Deputatorum Nostrorum declarationem, saepe dictus Dominus Commissarius Regius etiam non male accepit; promptitudinem potius suam in promovendis ijs quæ conservationi Jurium Civitatis inservire poterunt, a quorum diminutione mens Regia longe aliena gratiose contestatus est, et hesterna die prima vice in Camera Portorij fuit; ibidemque in præsentia Dominorum Prefectorum Portorij breve aliquod initium revidendorum

dorum ratiociniorum fecit. — Relatum de his omnibus hodie est= ad reliquos Civitatis Ordines, et conclusum stetit: Sacram Regiam Majestatem de punctis Rescripti Regij supra nominatis nomine Ordinum informandam esse. — Hujus Informationis Exemplar praesentibus adjicimus; et autographum ad Illustrissimum Comitem de Brühl, cum Rescriptum Regium e Cancellaria Saxonica emanatum sit, remittimus. —

=Firma Nos tenet spes, Illustrissimam Excellentiam Vestram, Nostrum agendi modum, et quæ hac in re cepimus consilia, non improbaturam esse; Eandemque submissis adimus precibus, velit plurimum valitura Sua protectione Nobis porro adesse, et rem eò gratiosissime dirigere, ut quæ ex obtrectationibus et malevolis Wernikij insinuationibus Nobis vel Civitati huic porro imminere videntur præjudicia, avertantur. — Quam Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Gratiam devinctissimis studijs et Officijs demereri allaborabimus, Deum precati, ut quidquid felicitatis mortalibus expedire potest, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ quam cumulatissime largiatur. — Dabantur Gedani die ut supra etc. —

44.) Literæ ab Eodem Magistratu ad Sacram Regiam Majestatem in eadem materia die et Anno ijsdem Germanico ut sequitur idiomate scriptae. —. —.

Allerdurchlauchtigster! — Der von Ew. Königl. Majestät an Uns geschickte Commissarius der Würdige Hoch- und Wohlgebohrne Gabriel Johann Junosza Podoski Kön. von Referendarius, und von der König. Schat-Commission Vice-President, hat d. 16. dieses Monaths ein Allergünstigeß Rescript Uns einhändigen laßen: in welchem Uns anbefohlen wird, Wohlgedachtem Kgl. Commissario alle die Pfahlgelder angehende Rechnungen vom anfangs der Regierung Ew. Königl. Majestat vorzulegen, imgleichen zu verfügen; daß die die Eintreibung Dro König. Zolles vor jezo besorgende Rathmänner die EE. Gabriel Schumann Johann Friedrich Schumann Edward Friedrich Conradi als König. Diener, sich vor demselben, so oft er es nöthig finden würde, einfinden; damit Sie über die Anträge, die der König. Commissarius an Sie schrifftlich oder mündlich gelangen laßen würde, hinlänglichen Bescheid ertheilten; auch alle andere Bediente so sich bey dem Zoll-Wesen befinden, als die Pfahl-Schreiber, Ober- und Unter-Besucher, die Schiffs-Abrechner,

die

 „ — = die Gewürz - Capitaines anzuhalten, sich so oft es die Nothdurft erfordern würde zu stellen, und auf das was in Ew. König. Majestät Nahmen Ihnen würde vorgelegt werden pflichtmäszige Antwort zu geben: wann der König. Commissarius die Handels - Bücher der über See handeldriden Kaufleute verlangen und Ihre Einsicht zu Erlauterung der Rechnungen nöthig erachten solte, Ihm dazu behülflich zu seyn; und die unter unserer Jurisdiction stehende Kaufleute nicht nur zu deren Vorlegung sondern auch dasz sie sich in Person vor Ihm stellen zu bedeuten; nicht minder alle zu Entdeckung der Wahrheit dienliche Informationes Ihm an die = Hand zu geben; und übrigens alles dasjenige träulich zu geben, was derselbe vor Ew. König. Majestät wegen weiter an Uns gelangen laszen = würde. — " — . So wie wir auf eingegangene Allerhöchste Kön. Befehle nach derselben Verschaffenheit, unsere allerunterthänigste Vorstellungen zu thun jederzeit berechtiget gewesen; also verpflichtet uns dazu anjetzo nicht weniger unsere auf Eyd und Gewiszen sich gründende Obliegenheit. — . Der Glorwürdigste König Stephanus, welcher unter den Durchlauchtigsten Königen der erste ist der zum Genusz des halben Pfahlgeldes gelanget hat, nach reifer Überlegung und achtjähriger Behandlung durch die bekante Tractatus Portorij dem Rath dieser Stadt die völlige Verwaltung der Pfahl - Kammer, so wie sie derselbe seit dem ersten Ursprunge des Pfahlgeldes länger als 300. Jahr geführet hatte, mit allen Rechten - Privilegien - und Freyheiten gelaszen, und Sich und Seinen Durchlauchtigsten Nachfolgern unser gedachtem halben Pfahlgelde nichts weiter vorbehalten als dasz die der Einnahme vorgesezte 3. Rathmänner und die 2. Pfahlschreiber vor dem Kgl. Commissario als hierschwören, und die Rathmänner wegen des König. Antheils demselben die Rechnungen vollegen solten. - Ein mehreres haben auch Hochstgedachten Königes Durchlauchtigste Nachfolger einmahls gefordert: nach Deren Beyspiel Ew. König. Majestät Hochsenligster Herr Vater durch Dero Commissarium 1732. die 3. Rathmänner und 2. Pfahlschreiber auf der Pfahl-Kammer in Eyd nehmen, und daselbst die Rechnungen übersehen laszen.

= Die 3. Rathmänner die Unsere Collegen sind, heiszen zugleich König. Diener in Ansehung des König. Antheils der Pfahlgelder; da Sie sorge tragen müszen, dasz es richtig eingenommen - berechnet - und

und ausgezahlet werden. – Solte durch Ihre Schuld eine Unrichtigkeit 
dabey vorgegangen seyn, würden Sie desfalls vor dem Königl. Hoff-Gericht
können besprochen werden, als welches König Stephanus verordnet, so
aber noch niemahls geschehen dürfen: weil die Kgl. Commissarij jeder-
zeit die Rechnungen ohne etwas daran auszusetzen richtig gefunden
haben; und die jetzigen 3. Rathmänner sind wegen Ihrer Emsigkeit - Red-
lichkeit - Treüe - und Eifer gegen Ew. Königl. Majestät in der ganszen Stadt
also bekant, dasz auch Sie nicht der geringste widrige Verdacht mit recht
fallen kan: auszer dem gedachten einszigen Fall, stehen die 3. Rathmän-
ner unter Uns als einszige Verwalteren der Pfahl-Kammer: und wie
Sie von Uns zu Ihrem Amte gewahlet werden, also bekommen Sie von
Uns wenn es nöthig ist eine Vorschrift Ihres Verhaltens wegen und su-
chen bey uns die Entscheidung zweyfelhafter Vorfälle: dem Kön. Commi-
ssario haben Sie bey vorlegung der Rechnungen auf der Pfahl-Kammer
die zu solchen Rechnungen nöthige Erlauterungen zu geben, ohne sich
über andere Sachen einzulassen. – Es sind auch die Königl. Commissa-
rien Ihnen einmahls anmuthend gewesen, so oft als Sie es nöthig zu seyn
vermeynet, in Ihrer Behausung zu erscheinen, Anträge anzuhören und
darauf zu antworten: weil Anträge wegen der Pfahl-Kammer unmit-
telbar an Uns gehören, und von Uns der Bescheid zu erwarten ist! –
Und würde es eine Art einer neuen Jurisdiction seyn, die wir nieman-
den auszer denen die Sie nach unserer Verfassung und den Gesetzen haben
gestatten können, wann die der Pfahl-Kammer von Uns vorgesetzten
Rathmänner vor dem Königl. Commissario, so oft er es verlangte,
erscheinen - von Ihm Anträge annehmen - darüber Antwort geben -
und dessen Verfügungen befolgen müsten? Die Pfahl-Schreiber leisten
wegen richtiger Einschreibung des König. Antheils vor dem Kön. Commi-
ssario den Eyd: und sind so wie auch die Ober - und Unter - Besucher und
die Gewirsz-Capitains unsere und der Stadt Vorlehnte die unter Uns
stehen, und über die sich die König. Commissarij einmahls einige Macht
zugeeignet haben: hat Jemand über diese Leüte zu klagen oder an Sie
einigen Anspruch zu machen? wird wieder Sie bey Uns Recht gesuchet
und erhalten. – Die Schiffs-Abrechner machen die Kauf-Leüte uns Schi-
ffer die über See handelnde Kauf-Leüte anzuhalten; dasz Sie sich vor
dem

 —: dem König. Commißario stellen und Ihm Ihre Handlungs-Bücher
vorlegen, dieses ist von einer solchen Höchst-bedenckte Erheblichkeit dasz
wir nach dieser Stadt Verfaßung und nach dem Sinn der Ordination Ew.
Königl. Majestät Uns verbunden geachtet; darüber mit den andern Ordnun:
gen zu berathen, die mit Uns darinn übereinstimmen, dasz die Kauf-
manschaft die Ihre Handlung wegen nach den verschiedenen Umständen
theils unter Uns theils unter den gesamten Ordnungen stehet, dem Er-
kentnißz eines König. Commißarij nicht übergeben, noch zur Vorzeigung
Ihrer Handlungs-Bücher als wozu Sie niemahls verpflichtet gewesen
angehalten werden können: sonst dadurch der bisher freyen Handlung
der empfindlichste Stoßz würde beygebracht, und die vermögendste Kauf-
Leüte entweder nicht länger zu handeln oder sich nach andere Orter
zu begeben gezwungen werden. — Gemeldete Ordnungen haben zugleich
mit Uns beherßziget, dasz dergleichen etwas von Unsern Durchlauch:
tigsten Königen niemahls gefordert worden, ja dasz die uneumbeschrän:
ckte Monarchen um nicht die Handlung aus Ihren Landen zu verwei:
sen solches von Ihren Unterthanen zu keiner Zeit begehret hätten. —
=Mit desto zu versichtlichern Vertrauen flehen Ew. König. Majestät
wie nebst den andern Ordnungen an geruhen, allerhöchst dieselben zur
See handelnde Kaufmanschaft bey der bisherigen mit der Wohlfarth
und dem aufnehmen der gesamten Stadt verbündenen Freyheit-Kraft,
welcher Sie Ihre Bücher nicht aufzeigen noch vor Ev. König Mtt. Com:
mißario sich stellen dürfen, allerhuldreichst zu erhalten, und in aller:
höchst Dero für das Beste der Handlung bisherigen Preyßzwürdigsten
und in der Ordination der ganzen Welt vor Augen gelegten Gesinnung
allergnädigst zu verharren. — Eine gleiche allerdemüthigste Bitte geschie
het von Uns besonders wegen deßen, was wir wegen der zur Pfahl-Kam
mer-Reghnung gezogenen Stücke-pflicht schuldigst angeführet haben;
dabey wie Uns gänzlich versichert halten, dasz Ev. König. Majestät das:
jenige was König Stephanus feyerlich gelobet, die Durchlauchtigsten Nach:
folger seylig beobachtet, und Ev. Königl. Majestät so wie die Durchlauch:
tigste Vorfahren nach dem Antritt Allerhöchst Dero glücklichste
Vorfahren Allergnädigst bestätiget, in seiner völligen Kraft bewahren
und Uns dabey allerhuldreichst schützen werden. — Wir und die =
übrig

übrigen Ordnungen wollen für Ew. Königl. Majestät theurestes = haben; und allerhöchstes Wohlergehn Gott inbrünstigst anzuflehen unabläßzig fortfahren, und in einem solchen den getreuesten Unterthanen gebührenden Geschäfte niemals ermüden. ~ " —.

45.) Von Gottes Gnaden Friedrich August König in Pohlen Herzog zu Sachsen, Julich etc Fürst. ~. —

Unsere Grüsz zuvor! ~ Edle und Fürsichtige Liebe Getreue! ~ " – Nachdem Wir zu verläßzig in Erfahrung gebracht, dasz bey Verwaltung des Danziger Portorij sich verschiedene Miszbrauche während Unseren Regierung eingeschlichen, wodurch denen Revenüen der Pfahl-Kammer ein mercklicher Nachtheil erwachsen; so haben Wir vor nöthig erachtet den E. von Referendarium und Vice-Presidentem von Unserer Königl. Schatz-Commission den Würdigen Hoch- und Wohlgebohrnen Gabriel Johann Junosza Podoski als Unsere Commissarium nach Danzig zu schicken; = und begehren Sie mit so gnädig als ernstlich, Ihr wollet erwehntem Unserm Commissario alle die Pfahl-gelder angehende Rechnungen von anfang Unserer Regierung an vorzulegen; ingleichen, dasz die die Eintreibung Unsers König. Zolles vor jeszo besorgende Rathmänner die EE. Gabriel Schumann, Johann Fridrich Schumann, Edvard Fridrich Conradi als Unsere König. Diener, Sich vor demselben, so oft er es nöthig finden wird, einfinden – verfügen, damit über die Anträge so Unser Commissarius an Sie schrifft- oder mündlich gelangen laßen wird, dieselben hinlänglichen Bescheid ertheilen; auch alle andere Bediente so sich bey dem Zoll-Wesen befinden, als die Pfahl-Schreiber, die Ober- und Unter-Besucher, die Schiffs-Abrechner, die Gewürz-Capitaines, anhalten; sich so oft es die Nothdürft erfordern wird vor ernantem Commissario zu sistiren, und auf das so er Ihnen in Unserm Nahmen vorlegen wird pflichtmäszige Antwort zu geben. – Wil Ihr denn auch übrigens, wenn Unser Commissarius die Handels-Bücher der über See handelnden Kaufleute verlangen und deren Einsicht zu Erlauterung besagter Rechnungen nöthig erachten solte, Ihm darzu behülflich seyn, und die unter Eurer Jurisdiction stehende Kauf-Leute nicht nur zu deren Vorlegung sondern auch dasz Sie sich in Person vor Ihm stellen, bedeuten: nicht

minder

— =minder alle zu Entdeckung der Wahrheit dienliche Informationes Ihm an Hand geben: und übrigens alles dasjenige treulich befolgen werden, was von Unsertwegen derselbe an Euch weiter gelangen laßen wird: so wie es Eure Unterthänigkeit – Ernür und – Gehorsam gegen Uns erfordert daran geschiehet, Unser Wille und Meynung: und Wir verbleiben Euch in Gnaden gewogen. – Datum Warschaw den 31.ten Maij 1760. – = A u g u s t u s R e x. – und unten G. V. Brühl. –.

46.) Responsum ad praecedentes Literas ab Illmo Supremo Regni Cancellario Magistratui Gedanensi datum.

Recepi a Dominationibus Vestris Literas de 20. Junij, per quas Me informare volunt de Commißione Reverendißimi Domini Referendarij Regni, et quidnam actum sit adusque tempus. – Quoad Meam Personam sint securi, Me Jura Civitatis semper tueri velle, neque unquam piscaturæ in turbido Me addictum fuiße. – Praeterita dant Dominationibus lumen, quomodo praesens moderari oportet, quomodo futurum considerandum sit. – Ego maneo propenso semper animo etc. – " –.

47.) Rescriptum superadditionis Commißariorum pro Parte Spectabilium ac Famatorum Proconsulis-Consulum – totiusque Magistratus – et Communitatis Civitatis Plocensis Varsaviæ d. 3. Julij 1760. exportatum. –.

Augustus Tertius etc. – Generosis Thomæ de Dembowa góra Dembowski Succamerario, Francisco Rościszewski Judici Terrestri, Adalberto Żołtowski Judici Castrensi, Antonio Bagieński Notario, Lucæ Malewski Regenti, et Clementi Kozłowski Vicesgerenti Castrensi Plocensibus, fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. – Generosi fideliter Nobis dilecti! – Intercesserat Decretum Judiciorum Nostrorum Aßeßorialium inter Generosum Instigatorem Regni Ejusque Delatorem Venerabilem Martinum Strachocki Canonicum Cathedralem Plocensem et Culmensem Villæ Kostrogay Poßeßorem et Subditos Villæ ejusdem ab una, atque Spectabiles ac Famatos Proconsulem – Consules – Advocatum – Scabinos – totumque Magistratum – et Communitatem Civitatis Nostræ Plocensis parte ab altera, mutuos Citatos et Actores, sub Actu Varsaviæ Sabbatho ipso Festo Divisionis Sanctorum Apostolorum die scilicet decima quinta Mensis Julij Anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo ex Con-

trove

troversijs Partium latum: idque ratione Limitum et differentiarum inter fundos praedictae Villae Kostrogay Canonicalis et fundos ac prata Jaszczykowie nuncupata cum attinentijs Civitatis Nostrae Plocensis intercedentium, tum variarum violentiarum mutuo et ab invicem per suprascriptas Partes in praedictis Fundis controversis sibi illatarum fusius in supra scripto Decreto Nostro expressarum. ~ Quo Decreto Nostro ad expediendam Commissionem certos Commissarios Nostros assignaveramus. – Quae quidem Commissio licet per nonnullos Commissarios Nostros jam inchoata, verum tamen ob rationes ad Feriam secundam post Festum Divisionis Sanctorum Apostolorum videlicet ad diem vigesimam primam Julij Anni currentis prorogata, et nondum suum sortita effectum. – Qua stante prorogatione, cum perceperimus ex relatione certorum Consiliariorum Nostrorum Lateri Nostro assidentium, quod praedicti Cives Nostri Plocenses hac in causa pro parte Sua nullos habeant Commissarios, Eosdemque nullatenus pro tunc ob continuam militum Moschoviticorum transgressionem nominare poterant; idcirco supplicatum Nobis est nomine supradictorum Civium Nostrorum Plocensium, quatenus Fidelitates Vestras praesenti Rescripto Nostro superadderemus et assignaremus. – Cui Supplicationi uti justae Nos benigne annuentes, Easdem Fidelitates Vestras pro parte praedictorum Civium Nostrorum Plocensium per praesentes superaddimus; requirentes Fidelitates Vestras, quatenus in Termino ex praemissa prorogatione adveniente junctim cum alijs Comissarijs supra dicto Decreto Nostro designatis, qui duntaxat primitus Jurisdictionem Suam = fundaverant, praevijs quatenus opus fuerit Innotescentijs, ad Civitatem Nostram Plocensem condescendant, ibidemque in futura reassumptione Actûs prorogati Commissorialis supraspecificati juxta contenta praememorati Decreti Judiciorum Nostrorum Assessorialium procedant, idemque Decretum Nostrum ad effectum deducant et in omnibus exequantur, totumque negotium /: Appellatione nisi a sola definitiva sententia Parti gravatae salva manente :/ non obstantibus quibusvis in contrarium praesentis Rescripti oppositionibus decidant. – Facturae sunt praemissa Fidelitates Vestrae pro Gratia

Nost

 — Nostra Officijque Sui debito. — In quorum fidem presentibus sigillum Regni est subimpressum. — Datum ut supra. — Ad Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis proprium. Joannes Małachowski Supr. Rñi Cancellarius.

48.) Privilegium Declaratorium ut Rolinus Liou de Bonis Suis disponere possit, Varsaviæ die Septima Mensis Julij Anno Dñi 1760. datum. ~

Augustus Tertius etc. — Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. — Regalis Clementiæ et Supremæ potestatis comprobatio cum in eo vel maxime elucescat, dum Principes non tantum haereditarium populum sed etiam Exteras Personas Imperio sese subijcientes Regijs favoribus — immunitatibus — et singulari complectentur munificentia. — Nos igitur Supplicationi Rolini Liou natione Galli, qui in Serenissimi Regis Augusti Secundi Dilectissimi Parentis ac Praedecessoris Nostri militaribus servitijs aeque ac Nostris conservuit, quod velit Fortunæ Suæ testamentariam dispositionem pro libitu Suo facere, annuentes; ex plenitudine Juris et Clementiæ Nostræ supramemorato Rolino Liow, facultatem omnimodamque potestatem, bona sua in genere omnia et singula per Inscriptiones — Donationes — Testamenta — Codicillos — Ordinationes — et quoscunque alios Actus Officiosos et privatos, disponendi — dandi — alienandi — inscribendi — et quovis alio titulo et modo resignandi, per presentes impertimur et concedimus, ab impetitione Fisci Nostri eximimus; declarantes omnem Illius de bonis Suis dispositionem factam vel faciendam vim et robur debitæ firmitatis habituram. — Si vero intestatum ex hac vita decedere contigerit, eo etiam casu non Fiscum Nostrum Regium nec ullum alium sed legitimos Successores illius utriusque sexus ab intestato juxta prescriptum succedendi gradum succedere debere volumus. — Quod omnibus quorum interest, presertim vero Generosis Instigatoribus Nostris Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ atque alijs Fisci Officialibus nec non Magistratibus tam Castrensibus quam Civilibus notum esse volentes mandamus, ut Eundem Rolinum Liou Illiusque Successores utriusque sexus circa praesens Privilegium Nostrum Declaratorium et Illius Prerogativas — Immunitates — et Libertates plenarie ac inviolabiliter conservent; neque bona Illius qualiacunque ubivis locorum existentia Jure Fisci expetere

pne

praesumant, pro Gratia Nostra Regia. — In cujus rei fidem prae=sentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die ut supra. Augustus Rex. Locus Sigilli Maj. Regni

49.) Copie d'une Lettre ecrite par Monsieur le Comte Rogalinski Staroste de Oborniki, à Son Excellence Monseigneur le Comte Woronzow Grand Chancellier de la Cour des Russiens le $\frac{1.\ Juillet}{19.\ Juin}$ 1760. ~ „ —

Je ne puis differer d'un instant à temoigner à Votre Excellence com=bien m'a eté sensible la nouvelle de l'elargissement de notre Cher Compatriote Monseigneur le Prince de Sutkowski. — Ce n'est qu'en con=sideration de la haute et puissante interposition de Sa Majesté Imperi=ale, et des peines que Votre Excellence s'est donné pour cela, que la nation de Pologne s'est enfin determinée à faire une juste demarche auprès de la Cour de Berlin, pour la liberté de ce digne Republicain. ~ Elle a obtenu sa demande: puisque à sa Sollicitation Monseigneur le Prince de Sutkowski vient d'etre elargi. ~ Maintenant que tous les obstacles qui empechoient Sa Majesté Imperiale d'honorer de Sa bienveillance de la Republique sont levés, Elle espere de Sa Clemence l'accomplissement de Ses gratieuses promesses touchant la Commission dont le Ministere m'a chargé, et pour laquelle je suis ici. — De tous ceux qui dans leurs besoins ont eu recours à Sa Majesté, aucun ne s'en est allé sans etre comblé de Ses bienfaits. — La Nation Polonoi=se, seroit elle la seule qui n'auroit point de part à tant de Graces? Cette Magnanime Princesse est trop genereuse — trop humaine pour vouloir Nous abandonner: en Elle Nous mettons toute Notre Confian=ce: c'est d'Elle que Nous attendons notre salut. — Je prie tres hum=blement Votre Excellence, d'appuyer de tout Son pouvoir auprès du Tro=ne les prieres de cette Nation, toujours penetrée de la veneration la plus profonde pour l'Auguste Personne de Sa Majesté et de l'estime la plus parfaite pour Votre Excellence. — J'ai lieu d'esperer qu'à mon depart d'ici, je serai l'heureux Porteur des marques reelles de la Cle=mence de Sa Majesté Imperiale envers Ma nation; et que j'obtien=drai la nomination des Commissaires et des lieux où se tiendront

leurs

 leurs Congrés. — Cependant je supplie en mon particulier Votre Excellence de me continuer toujours Sa bienveillance etc. —

50.) Copie de la Lettre de S. E. Msgr le Grand Chancellier donnée en Reponse à Monsieur le Comte Rogaliński Staroste de Oborniki. – de Peterhof le 23 Juin / 4. Juillet. 1760. –

J'ai vu avec plaisir par la Lettre que Vous avez pris la peine de m'ecrire le 19. la confirmation de la nouvelle de l'elargissement de Monseigneur le Prince Sułkowski, sur les Instances faites à ce sujet de la part de la Republique au Roi de Prusse. – Sa Majesté Imperiale, /: en demandant que la Republique fit cette demarche, et solicitant par une deputation expresse la liberté de Monseigneur le Prince Sułkowski, n'ayant eu en vue que la propre Dignité de la Republique et le soulagement d'un de Ses Concitoyens innocents, qui souffroit pour la cause commune:/, aprés avoir ainsi obtenu le but desiré, ne tardera plus à present pour preuve de Son affection et de Sa bienveillance pour la Republique de faire commencer la Commission que Vous Monsieur devez soliciter, pour y examiner selon l'equité les plaintes de Vos Compatriotes, et de la faire poursuivre avec toute la ponctualité possible. – C'est pourquoi Vous pouvez Vous reposer Monsieur, et dont Vous pouvez aussi assurer Messieurs Vos Compatriotes, afin qu'ils soyent de plus en plus convaincus de la magnanimité et de la Justice de Sa Majesté Imperiale. – Je suis avec une estime particuliere Monsieur.

51.) Pro Memoria donné par Mr Rogaliński.

Convaincu de la magnanimité de Sa Majesté Imperiale et de Sa Justice, qu'Elle veut bien renouveller à Mes Compatriotes qui se font une gloire de pouvoir Lui temoigner ses devoirs joints aux assurances que Votre Excellence vient de m'avancer; il ne me reste que de lui en presenter ma reconnoissance et celle de ceux dont je plaide la cause, que Vous me ferez la grace de mettre aux pieds du Throne de Sa Majesté Imperiale et vous en persuader vous-meme: ~ Le Ministere de Pologne qui admire vos qualités distinguées se vantera partout d'avoir retrouvé dans Votre Excellence l'homme juste – fecond dans ses ressources, et de tous tems le Protecteur de l'Equité. – C'est sur ce meme fondement

que

que j'ose me flater, que sans differer mon depart qui retenteroit = beaucoup sur le bien-etre de mes affaires, aux quelles devois moi-meme indispensablement y vaquer. — Vous abregeres le cour de mon sejour ici, en Me confiant une Copie selon Original de la Commission, que la Clemence de Sa Majesté Imperiale a resolue d'accorder; où le tems sera determiné pour Son Etablissement et les Commissaires declarés, qu' on nommera à cet effet; pour en etre le porteur, et en pouvoir instruire le Roi Mon Maitre, qui de Son coté procedera à nommer les Siens. = St. Petersbourg le 1. Juillet 26. Juin 1760. Rogalinski mp. —.

52.) Literae a Praenobili Magistratu Thorunensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus conqueritur, Generosum Sieliski Capitaneum Cohortis Pedestris Praetorianae Magistratui et Civitati ratione pecuniae Marchicae ad Judicia Castrensia Culmensia Citationem posuisse, a qua ut liberari queat Interpositionem Ejusdem Illmi Supremi Cancellarij ad Exclmum Principem Czartoryski pro Se et dicta Civitate faciendam postulat. Thorunio die 1. Augu. 1760. Ao. scriptae.

Inter innumeras calamitates et molestias quibus iniquis hisce temporibus affligimur, justum dolorem Nostrum auget, quod ab Jis ipsis quorum erat sorti Nostrae compati, rigorosius ac fas est Nobiscum agatur, et novae intuitu Contributionis Capitalis praeter necessitatem lites Nobis moveantur. — Generosus scilicet Sieliski Capitaneus Cohortis pedestris praetorianae ad recipiendam dictam Contributionem Mandato instructus, postquam ultimam Ratham in moneta Marchica nunc currenti jam accepisset, et desuper jam quietasset; mutato nescitur qua de causa consilio paulo post discessum Suum, Citationem ad recipiendam dictam monetam eandemque cum Polonica ad mentem Constitutionis commutandam ad Judicia Castrensia Palatinatus Culmensis Nobis posuit: ceu Illustrissima Excellentia Vestra ex adjacenti Copia fusius perspicere dignabitur. — Cum autem rigor hic nunquam adhibitus, sed solutio in moneta quovis tempore currenti; adeoque tempore proxime praeterito, Marchica siquidem nulla alia existeret,

semp

— : semper citra ullam contradictionem praestita fuerit; eo sane molestius accidit, quod hac temporum injuria ubi remittenda potius nedum rigorose exigenda esset Contributio, sub praetextu Legis quae propter longum suum contrarium usum in desuetudinem abijt neque propter defectum Monetae Polonicalis observari potest, urgeatur monetae species quae nullibi amplius reperitur, illa quam obtulimus ubivis per Regnum Poloniae et in Ipsa Civitate Varsaviensi currentiam habente aliaque praeter eam non existente; sicque quod inficias non imus aliquod propter solutionem Collibi vulgo l'Agio in comparandis pecunia illa mercibus damnum emergit, id quidem non Nobis qui idem quotidie sentimus sed calamitati Communi cui depravatio et adulteratio monetae unice debetur tribuendum, adeoque incommodum hoc eadem aequitatis lege ferendum est qua anteactis temporibus cum solutio fieret in nummis Aureis, quemvis nonnisi Florenos octo cum grossis sex bonae monetae computando licet octodecim Florenis Polonicalibus in Polonia constaret, lucrum perceptum fuit: ut taceamus omnem pecuniae nomine cessaturam esse jacturam, si merces necessariae non apud Exteros sed in Civitate hac prout aequum esset comparentur. — Validas hasce rationes, Celsissimo Principi Czartoryski Generali Militis Regni Praetoriani omni qua decet observantia literaliter exposuimus: nullo autem hucusque accepto Responso, ad Illustrissimam Excellentiam Vestram ceu Singulare Praesidium Nostrum spe et fiducia pleni convertimur; enixe rogantes, dignetur Eadem apud Celsissimum Principem Czartoryski partes Nostras gratiosissime tueri, quo Generosum Sieliski a lite incepta desistere nec monetae nomine ullum unquam negotium Nobis facessere jubeat, cum ad impossibilia obligari non possimus. — Petitioni huic Illustrissimam Excellentiam Vestram, pro singulari Sua erga Civitatem hanc benevolentia et egregio justi et aequi amore, facile locum daturam esse nulli dubitantes; Eidem devoto pectore prosperrima quaevis et inconcussam valetudinem apprecamur; juxta diligentem Privilegiorum et Jurium Nrorum commendationem, profundo venerationis manentes

cult

cultu. — " — Dabantur Thorunij die et Anno ut supra =

53.) Literæ Praenobilis Magistratus Gedanensis obsecrantes Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, ne Hominibus tranquillitatem Civitatis perturbare cupientibus inscio Magistratu ad unius partis narrata Scripta extradantur, quin potius Civitas circa Jura Sua et prærogativas per validam Ejus Authoritatem intacta manuteneatur. — Gedano die Quarta Mensis Augusti Anno 1760. datae.

Illustrissime etc. — Nihil Nobis laetius perscribere potuit Secretarius Noster in Aula Regia commorans, quam dignam sublimi virtute et munere Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ declarationem de tuendis fortiter hujus Civitatis Juribus — Privilegijs — et Immunitatibus! — Quæ nos eo magis exhilaravit, quo minus his afflictis temporibus desunt nonnulli huic Civitati et Nobis immerito male cupientes, qui studio forte proprij commodi in eo operam multam ponunt, ut per varias longe quæsitas et excogitatas artes et distortas interpretationes Jura et Privilegia hujus Civitatis, /: quibus jam Crucigerorum tempore gaudebat queque ad Inclytam Rempublicam Polonam attulit, non armis victa sed per spontaneam deditionem Illi incorporata, queque a Serenissimis Poloniae Regibus ac ab Ipso Moderno Optimo Principe feliciter Nobis DEUS velit quam diutissime Imperante Illi Juramento religiose sunt confirmata :/, dubia reddant — labefactent — ac si possent prorsus convellant. — Proinde dulce et efficacissimum Nobis fuit solamen, quod Illustrissima Excellentia Vestra tanquam Vigilantissimus Jurium Custos et Minister Statûs Gravissimus partes afflictæ hujus Civitatis suscipere, et circa conservanda Ejus Jura et Privilegia sanguine et meritis erga Rempublicam parta studium et auxilium Suum praestare gratiosissime promiserit. — Certa esse potest Illustrissima Excellentia Vestra, Nos cum bonis Civibus hoc novum singularis benevolentiæ documentum sempiterno cultu ac oblata occasione commoda realibus gratisque Officijs devenerari et agnoscere non omissuros. — Cæterum, cum merito vereamur, ne praefati homines quærant occasiones Nos et hanc Civitatem

inqui

 — =inquietandi, ideoque pro impetrandis sub- et obreptitie scriptis Illorum intentioni servientibus Civitatis vero hujus Juribus præjudiciosis ad Cancellariam Regni recurrant, ibidemque ad male narrata ac sini=stras relationes unius partis et Nobis inauditis ejus generis Actus cu=juscunque sint nominis et scripta obtinere possent; proinde Illustri=ssimam Excellentiam Vestram per virtutes Ipsius excelsas et per eam qua Nos et hanc Civitatem complectitur gratiam obtestamur, ut Au=ctoritate qua pollet potente serio inhibere velit ne Actus et talia Scri=pta tranquillitatem Civitatis hujus turbatura ex Cancellaria Regni expediantur. ~ Quod cum reliquis præstitis beneficijs omnibus mente gratissima adscribemus, reliquum est ut firmam et constantem valetu=dinem cum omni optandarum prosperitatum genere a DEo Optimo Maximo Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ pie apprecati, Nos et hanc Civitatem Illius constantissimæ Gratiæ perobservanter commendemus. =Dabantur Gedani die prout supra. — Illustrissimæ Excellentiæ Ves=træ ad Officia paratissimi Præconsules et Consules Civitatis Gedanensis.

54.) Responsum Illmi Supremi Rni Cancllrij Magistratui Civitatis Gedan. Varsaviæ d. 11. Men. Aug. 1760. Aº datum.

Praenobiles etc. — Reddidit Mihi Literas a Dominationibus Vestris Dominus Secretarius Scubovius; quibus informer, quendam timorem acsi deperdendarum praerogativarum Civitati Legibus et Privilegijs Re=gum firmatarum, mentibus Eorum inhaerere. — Officij Mei est ut invigilem, ne falsa rerum narrativa præventione sola ponderosa oc=cupet mentem Principis: quia Optimus Rex ex natura dulcis Sui Regi=minis nunquam contra Subditos peccare potest, sed tam foedum adu=lationis genus quam perversa ex lateribus aliqua mens potest dare scandalis occasionem. ~ Hucusque latet Me, quales machinæ ad oppu=gnandam Civitatem admovendæ parantur? quod si Legum auctoritate, his ego nunquam contrarius ero, neque Dominationes Vestræ mihi vi=tio id vertent: quodsi tantum sinistra Legum interpretatio verum sen=sum absorbere conabitur, tunc Me semper propitium Sibi videbunt, et Collegis Meis ista omnia pleno studio propinabo et non defuturos Mi=hi auxilio spero. ~ Interim omnes benevalere cupio: et ut DEus

trist

tristia in laeta transmutet cordicitus voveo ac propenso animo maneo. 

55.) Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis ad Nobilem et Spctblem Magistratum Sandomiriensem favore Famati Joañis Malinowski Varsaviæ d. 13. Augusti 1760. Anno expeditum.

Augustus Tertius etc. – Nobilibus ac Spectabilibus Præconsuli – Consulibus totique Magistratui Civitatis Nostræ Sandomiriensis fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. – Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis dilecti! Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes nomine et pro parte Famati Joannis Malinowski Civis ac Incolæ Sandomiriensis, qualiter Ipse in divendenda Possessione Sua utpote binarum Fornicum seu earundem reparatione facienda, ob acceptam inibi vigore Laudi Civitatensis a Nobili Magistratu Intromissionem non modicum ex eo pati debeat praejudicium; supplicatumque Nobis est nomine Ejusdem Famati Malinowski, ut Eidem supra dictas fornices non obstant e Laudo Civitatensi licitum sit justo et adaequato pretio vendere, aut pro suo commodo reparare posse. – Nos itaque Supplicationi ejusmodi benigne annuendo Fidelitatibus Vestris praecipimus atque praesentibus mandamus, quatenus Eundem Famatum Malinowski tam in facienda reparatione dictarum Fornicum quam et ineundo Contractu Resignatorio cui voluerit minime impediant, Ejusque Successores quovis praetextu a proprietate haereditaria ejusque usufructu ullo modo amovere audeant, serio inhibemus. In quorum fidem praesentibus Sigillum Regni est subimpressum. – Datum ut supra etc. Ad mandatum Sacræ Regiæ Majestatis proprium Joannes Małachowski Supremus Regni Cancellarius mp. — " — " — " —.

Patrocinio Jllrmae Excellentiae Vestrae confisos magno dolore afficit, Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi Rescriptum, quo = tres Portorij Praefecti - Collegae Nostri dilecti in Regiam Aulam evocantur, de Portorio aut potius de Zulaga examen subituri; quodque ex Cancellaria Majori Regni datum die 5. Mensis praesentis Regius Cubicularius apud Nos commorans Grsus Dnus de Leybnitz Nobis exhibuit, et quod reliquos Ordines quibuscum communicavimus non minus ac Nos commovit. — Quid ad illud Sacrae Regiae Majestati Nostro et Ordinum nomine submississime responderimus? junctae his Literae continent: quarum summam ut Sacrae R.ae Mjsti Jllrma Excellentia Vestra referre, precibusque Nostris Sua Authoritate benignissime subvenire velit, reverenter oramus. ~ Sic enim Majorum exemplis, sic nostri soeculi moribus instituti sumus, ut ab Excellentissimis Dnis Cancellarijs praesidium petendum sit quando Jura in discrimen vocantur, cum Jlli Jurium Custodes et Patroni omni tempore habiti fuerint. ~ Zulaga Civium Mercatorum mari negotium exercentium - subsidium in publicos sumptus jam Crucigerorum tempore collatum oppugnatur! cujus causam Sacrae Regiae Majestatis nomine Jllustrissima Excellentia Vestra in Decreto Gedani Anno 1752. lato suscepit, Aerarium et

Cassa

Cassam Civitatis, ex qua tertio Ordini illo tempore refunde=rentur sumptus, appellando. – Est ergo magno Ipsius animo dignum, Zulagam Civitati fortiter asserere, ut etiam Decreto Sua constet Auctoritas. – Plura non addimus: vanæ enim forent preces, si /: quod tamen minime speramus:/ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ jam constitutum esset Nos deserere; si vero ea est in Nos voluntas, quam esse et perennem futuram credimus et cui confidimus, abunde a Nobis dictum est. – Nos vicissim nullo tempore cessabimus Illustrissimam Excellentiam Vestram colere et revereri, simul DEUm precari ut Ipsam Civitatis hujus commodis salvam et incolumem quam diutissi=me jubeat. – Datum Die anno et loco ut supra. – Illmæ Exclntiæ Vestræ ad Officia paratissimi Præcons. et Consules Civitatis Gedanensis. –

110.) Literae ab Eodem Magistratu ad Sacram Regiam Majestatem cum Informatione ejusdem negotij exaratae die 8. Mensis Decembris 1760. Anno. –

Ex Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ die 27. Novembris ex Cancellaria Regni Majore ad Nos Clementissime dato Rescripto, quod die 5ta Decembris Regius Cubicularius Generosus de Leubnitz Nobis reddi=dit, cognovimus; Sacrae Regiae Majestati Vestræ esse relatum, quod Proventus Portorij Gedanensis varijs modis alterentur ac sub titulo vectigalis Zulaga dicti distrahantur contra expressam Legem: id circo, ne et publico onere hac ex re commerciorum inaniter grave=tur proventusque Regij frustrentur, Sacram Regiam Majestatem vel=le et praecipere, quatenus Nobiles Gabriel Schumann et Edvardus Fridericus Conradi tanquam Administratores portorij Gedanensis, ad dandam rationem gestæ Administrationis tum ad abolendos qui irrepserint abu=sus, ad Curiam Regiam se transferant, coramque Sacra Regia Majestate Vestra tanquam Servitores Regij juxta sonantiam Tractatûs Portorij com=pareant spatio 15. dierum a data praesentationis Rescripti; et ne per Eo=rum absentiam loca in functionibus vacent, functionem Burgrabij Praecon=suli Christ. Grieti Schröder, functionem Nobilis Conradi Judicis Joanni Hie=ronymo Brun, et functionem Inspectoris in Schidlitz Gabrielis Schuman

Praele

 =Praeconsuli Carolo Grodeck, per Nos committendas esse censere, Administrationem Pfalkammer J. Hier. Brun et Nath. Gottl. Richter Sacram Regiam Majestatem conferre. ~" — Hoc Sacrae Regiae Majestatis Vestrae Rescriptum cujus summam repetijmus, statim cum reliquis Civitatis Ordinibus communicavimus; qui peracta deliberatione constituerunt, ut Sacrae Regiae Majestati Vestrae ea quae Juribus consentanea quaeque cum ijs minus convenirent pro Officij et Jurisjurandi religione quam subjectissime exponerentur: quod dum a Nobis fit, hanc Nostram Ordinumque pro Juribus vigilantiam Sacram Regiam Majestatem Vestram approbaturam clementissime, plane confidimus. ~ —. ~.

Pauci sunt Menses, ex quo Rndmus Referendarius Regni Podoski tanquam Regius Commissarius in Camera Portorij Rationes inspexit, diligenter expendit, probavit; triumque Illorum Consulum, qui a Nobis Portorio praepositi sunt, studium - industriam - integritatem laudavit ac nihil a Se in Rationibus desiderari professus est: quod ad Sacram Regiam Majestatem Vestram post Suum in Aulam reditum fidelissime retulisse nulli dubitamus: ut ex Ejus Testimonio abunde constare potuerit, proventus ex Portorio nullomodo imminutos esse. tantum etiam abest ut ijdem Proventus vectigali aliquo distrahantur, ut ipsum vectigalis vocabulum Nobis ignotum sit quod imponere et exigere leges omnino vetant, neque Nos imposuimus exegimusque unquam. — Zulagam vero vectigal apellare est idem ac rem non justo Suo nomine insignire; convenitque vectigalis titulus non magis Zulagae ac convenit coeteris pecunijs, quas conferunt in publicas necessitates Cives. — Quare adversus Zulagam nulla lata est Lex: quin potius Lex eam permittit et probat, quando vetustam exigendi Zulagam facultatem Divus Casimirus in Privilegio de Subsidiarijs pecunijs confirmat, cum Zulaga sit ut fuit semper pecuniarum subsidiarium species. — Ipsa etenim Sacra Regia Majestas Vestra in Decreto Assessoriali Gedani Anno 1752. lato Zulagam approbat, ut approbaverat Serenissimus Joannes III. in Decreto Relationum Anno 1678. nominatque Zulagam vectigal - Civitatis Aerarium et Cassam-

Nulla

Nullum inter Zulagam et Portorium est Consortium, ut per-
illam hujus reditus distrahi possint; neque plus penderetur Porto-
rij nomine si nulla esset Zulaga, et non minus dum Zulagam
Cives solvunt. – Quidquid autem adversus Zulagam dici vel prae-
tendi possit, nihil hoc ad tres Illos Consules quos Portorio praefeci-
mus: quia Illis cum Zulaga nihil est negotij, non reditus ex
illa recipiunt, non in rationes referunt, non expendunt, ac omnia
quae in Camera ubi Zulaga exigitur ignorant; ut frustra admi-
nistrationis, cujus participes non sunt, ratio ab Illis exigeretur. –
Dicti autem tres Consules soli portorio Praepositi in Tractatibus
Portorij Regij Servitores vocantur, quia simul Illi Redituum ex
Portorio parti quae Serenissimis Regibus debetur attendunt: ad=
cujus partis rationes reddendas per Eosdem Tractatus obstringu-
ntur, et quidem coram Regio Commissario in hac Civitate, quod
ab Iis ante paucos menses factum est. – Ipsa vero Portorij Admi-
nistratio non ad Praefectos Illos sed ad Nos pertinet, qui veri et
soli Portorij Administratores sumus; essetque a Nobis causa
dicenda, si qui in proventuum Regiorum injuriam ex administra-
tione irrepsissent abusus, quos tamen plane ignoramus, – neque
ad Nos delata querela est. – Cum autem Portorium et Zulaga
misceantur, et abusus Portorij repetantur ex Zulaga, posterius
fieri nequit: quia Portorium et Zulaga diversa sunt, et de Zulaga
ut de coeteris Civium collationibus cognoscunt Ordines, et ita co-
gnoscunt ut de Ea ad publicum Civitatis commodum decernunt
libere. – Praecipiunt Tractatus Portorij ut praefecti Consules quoties o-
pus fuerit coram Rege in Ejus Judicio respondere teneantur et sint adstri-
cti. – Jam Sacra Regia Majestas Vestra pro Sua sapientia facile despiciet,
an in praesens opus sit ut Praefecti portorij ad Curiam Regiam Se confe-
rant cum nuper admodum Regio Commissario rationes reddiderint ratio-
nesque probatae fuerint? – Neque Tractatus tantum volunt, ut Praefecti
Illi in Curiam Regiam veniant, sed ut simul in Judicio respondeant: =
unde patet, tum demum evocandos quando vel a Regio Commissario vel

alio

 — =alio modo deprehensi in parte Regia Portorij negligenter aut dolose egisse: quoniam qui in Judicio respondere adstricti sunt, pro Reis habentur: quod de praesentibus Portorij Praefectis dici nequit, in quibus Regius Commissarius nihil invenit quod argueret: sicuti ex illo tempore, quo in Redituum ex Portorio communionem Divus Stephanus intravit, nunquam contigit ut Portorij Praefecti in Regium Judicium evocarentur: quod magnum documentum est Portorij Praefectos Regios ex illo Reditus summa fide curasse. ~„ — Subrnissisime ergo Sacram Regiam Majestatem Vestram Nobiscum reliqui Ordines orant, ut Nobiles Gabrielem et Joannem Fridericum Schumannos ac Edvardum Fridericum Conradi-Collegas Nostros Dilectos — Viros probos et integros — nec non de hac Sacrae Regiae Majestati Vestrae fidelissima Civitate bene meritos merentesque, necessitate conferendi Se in Regiam Curiam Clementissime exsolvat; cum etiam Illorum opera in peragendis publicis negotijs carere nequeamus, et de Zulaga cujus solius causa evocati videntur respondere et in Judicio contendere Illis per Jura Nostra haud liceat. — Sic tres Illi Collegae Nostri, quod futurum confidimus, Sua in Magistratu Munia continuabunt; neque necesse erit Illis in tempus Alios surrogare, ut Sacrae Regiae Mjsti placuit; quod si surrogandi Alij sint, a Nobis Solis per Leges et perpetuam consvetudinem fieri debuissent: ad mentem enim Privilegij Divi Casimiri quovis Anno semel a Rege ex praesentatis a Magistratu eligitur Burgrabius; qui si intra Annum moritur, mandat Ejus Munus Magistratus Ei qui proximo Anno gessit; si vel morbo vel alio modo impeditur, Ipse Burgrabius rogat Eum, qui anno superiore praecessit, ut munere fungatur: Judici intra Annum defuncto substituit Magistratus Vicarium qui proxime praecessit, donec solito tempore eligatur novus; Judex aegrotans aut ex aliqua causa absens, Ipse rogat Eum qui proxime Judex fuit: Pagi Schidlicensis Administratores eliguntur ex praesentatis ab Abbatissa Brigittana, et quidem Illi quos Abbatissa commendat: neque Proconsul seu Consules Soli praesentantur, ex quibus eligit Magistratus: quod vero ad Portorij Praefectos, volunt Tractatus Portorij ut sint non duo sed tres a Civitatis Senatu electi et constituti; ex quibus si unus intra annum moriatur, manet locus vacuus, donec stato die eligat

eligatur novus. "„ — Plura non addimus: sed ad Sacrae Regiae 
Majestatis Vestræ aequitatem et indulgentiam, summa fiducia confugimus, ut Submississimis Nostris ac reliquorum Ordinum precibus Clementissime annuere dignetur, quo tres Illi Collegæ Nostri Portorij ad praesens Praefecti ac in Aulam evocati, hac in Aulam profectione liberi declarentur. — Nos, ut Ordines reliqui, hanc Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ indulgentiam perenni memoria venerabimur; ac ea omnia precari non cessabimus quæ Optimis Principibus fidelissimi Subditi precari consueverunt.

111.) Responsum Illustrissimi Supremi Regni Cancellarij ad Literas Civitatis S.æ Regiæ Majestatis Gedanensis die 18. ejusdem Mensis Decembris A.o 1760. dat.o Varsaviae.

Postquam Sacra Regia Majestas D.nus N.r Clementissimus ad Rescriptum Mense praeterito emanatum Literas Praenobilium ac Spectabilium Dominationum Vestrarum receperit; iteratum hocce Rescriptum quod nunc transmitto edocebit, Serenissimum Regem nullatenus ex Remonstrationibus in ultimis exaratis esse Satisfactum; immo rationes, solis subterfugijs ad eludenda Jussa Regia laborantes, cum indignatione rejecisse. — Mittunt Dominationes Vestræ Peterburgum persaepe Delegatos; et ad Regem Dominum quoque Suum, Cui obedientiam debent et profitentur, Administratorum Portorij per consequens Proventuum Regiorum ad Aulam expeditionem non necessariam declarant! ~ Quodsi Serenissimus Rex, Rev.dmi Referendarij Regni Commissione exaudita, varijs circumstantijs intervenientibus, vellet se plenius informare,? a quonam Responsa caperet absentibus Administratoribus? ~. Quo vero ad alias functiones quæ inhærent Personis Administratorum, his non surrogat Rex alios, sed Viros idoneos - capaces proponit, sub absentia Expeditorum ad Aulã optime sine detrimento Civitatis onus sustentaturos. — Quoad Zulage vectigal, ex parte Serenissimi dicunt esse annexum maritimis proventibus Regijs: Rex Clementissimus ex utraque parte rationes adductas et adducendas ponderare intendit. — Minime persuasus sum, Dominat.nes Vestras delectari Citationibus ad Judicia, neque in Illis aliquod oblectamentum mente concipere: Rex omnium Communis Pater ignoscat; sed hæc Eadem Clementia quæ nunc Ipsum foracit, non sequitur Judicem. —
Ex

 — Ex his rationibus addicto semper Dominationibus Vestris corde persuadeo, non amplius differre expeditionem Praenobilium Administratorum Portorij Varsaviam; ut fieret manifesta voluntas parendi mandatis Principis: impedimento aliquo subveniente, excusabimini; in quo Officia Mea animitus offero. — Parcant Mihi Dominationes Vestrae! Quas considero, Legem Civiatam et quasi Saluti Civitatis annexam per omnes negotiationes in longum protrahere studiose velle: sed quantum mora sanare potest, tantum nociva fit occasione prompti remedij sublata. — In his omnibus praeterita edocuerunt, praesentia menti inhaereant, et sic rerum modernarum status consilio juvabitur. — Protectionem Regiam in omnibus angustijs sine qua non vivitur, invocent. — Ego maneo propenso semper animo etc. Datum Varsav. etc. —

112.) Rescriptum Sacrae Regiae Majestatis Nobili Magistratui Gedanensi demandans, quatenus Portorij Gedanensis Administratores Varsaviam condescendant. —

Augustus Tertius etc. — Nobilibus et Spectabilibus Burgrabio — Praeconsuli — Consulibus — totique Magistratui Civitatis Nostrae Gedanensis fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. — Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis dilecti! Expediveramus non ita pridem Rescriptum Nostrum ad Fidelitates Vestras de data Ejus Varsaviae die 27. Novembris Anno 1760., quo innotuit Illis voluntas Nostra, quatenus Nobiles Gabriel Schuman — Joannes Schuman — et Edwardus Fridericus Conradi Administratores Portorij Gedanensis, ad dandam rationem proventuu Aerarium Nostrum concernentium, huc Varsaviam in spatio 15. dierum Se conferant; Eosque ut Fidelitates Vestrae sine mora expediant, translatis in alias personas tantisper ad Illorum reditum functionibus; prout latius superius nominatum Rescriptum Nostrum eloquitur. — Quia tamen loco parendo Nobis, remonstrationibus non ex Lege usi sunt sed ex subterfugijs ad evitanda Jussa Nostra, quae Nos minime convincere de non faciendo potuerunt; idcirco iteratum hoc Rescriptum Nostrum ad Fidelitates Vestras expedimus, et mandamus: quatenus praedictos Nobiles Gabrielem Schumann — Joannem =

Frid:

Fridericum Schumann - Edvardum Fridericum Corradi tanquam Administratores Portorij Gedanensis huc Varsaviam expediant, Illisque adventum pro die 4.ta Januarij Anni proxime venturi 1761. assignent, sine ulteriori mora et recursu ad Nos. - Quae omnia referendo se ad primitivum Rescriptum Nostrum Fidelitates Vestrae exequantur, sub poena de inobedientibus Mandatis Nostris sancita et mulcta 100,000. Aureorum Hungaricalium. - Datum Varsaviae d. 18. Mensis Decembris Anno Dni 1760. Regni vero Nri XXVIII.o Augustus Rex. L. S.

113.) Literae Illustrissimi Aulae Imperatricis Rossiae Cancellarij Woronzow ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium de Petersburgo d. 12. Xbris Anno 1760. datae. -

Monseigneur! Par une Lettre datée du 6. Fevrier 1758. et adressée à Votre Excellence, Monsieur Rzyczewski a eté accredité auprés du Ministere de la Serenissime Republique de Pologne, pour soigner pendant l'absence des Ministres caracterisés les affaires de Sa Majesté Imperiale. - Maintenant l'Imperatrice Ma tres-Gratieuse Souveraine l'ayant nominé Son Resident auprés de la Ville de Dantzig, j'ai l'honneur de donner part à Votre Excellence de ce changement: ne doutant point, que le dit S. Rzyczewski ne se soit rendu digne pendant qu'il a eté employé à Varsovie de Votre approbation et de Votre confiance; et qu'il ne Vous ait assuré Monseigneur dans toutes les occasions du contentement particulier que Sa Majesté Imperiale a de votre Zele patriotique pour les Interets communs de deux Etats, ainsi que des sentiments d'amitié qu' Elle conserve pour la Serenissime Republique. - Au reste, je ne cesserai d'etre avec toute la consideration imaginable, Monseigneur! de Votre Excellence, le tres-humble et tres-obeissant Serviteur C. Mich. Woronzow Chancellier de la Cour Imperiale de Russ.

114.) Rescriptum Sacrae Regiae Majestatis ad Generosum Eberhardum Christophorum de Mirbach Consiliarium Intimum quatenus Praefecturam Rautzan dictam cum attinentijs deoccupet, Varsaviae die Duodecima Mensis Decembris Anno MDCCLX. expeditum. -

Auge

 — = Augustus Tertius etc. — Generoso Eberhardo Christophoro de Mirbach Consiliario Nostro Intimo Capitaneo Polangᵒ. fideliter nobis Dilecto Gratiam Nostram Regiam. — Generose fideliter Nobis dilecte! Cum Nobis ex parte Fidelitatis Tuæ Anno 1742. varia conquaesta fint damna variaque ad Domum et Cameram Ducalem Curlandiae praetensiones expositae, dedimus Rescriptis Nostris Regijs de die 29. Septembris Anni 1742. et de die 13. Aprilis 1743. Fidelitati Tuæ in usum fructuarium possessionem Praefecturae Ducalis Curlandiae Rutzau cum omnibus Ejusdem attinentijs ac pecoribus tam praedialibus quam Subditorum usque ad actualem tunc temporis Ducis Curlandiæ Ernesti reditum: alioque Mandato Nostro ad Generosum Capitaneum Majorem de Heucking de die 17. Septembris ejusdem Anni 1743. dato, Praefecturam hanc Tibi, non attenta qualicunque Supremorum Consiliariorum sive tum temporis Possessoris horum bonorum oppositione, realiter tradi mandavimus. — Qua Traditione in Mense Novembri praefati Anni peracta, ad ulteriores Instantias Fidelitatis Tuæ, in externuationem praetensionum, Privilegio sive Rescripto Nostro de data Varsaviæ 14. Augusti Anno 1744., quadragenariam possessionem dictae Praefecturae Rutzaw, Juribus tam Nostris Regalibus salvis et reservatis, concessimus; Illamque Praefecturam mediante Rescripto Nostro de data Dresnæ die 11. Martij Anni 1746. a dispositione Camerae Ducalis exemptam declaravimus. ~ Siquidem vero posthac Nobis ex parte Fidelitatis Tuæ repraesentatum sit, quod Domus et Camera Ducalis maximum perceptura sit emolumentum si post solutionem Summæ octuaginta millium Thalerorum Albertinorum Praefectura hæc reluerctur; ea propter Rescripto Nostro sub die 18. Novembris Anni 1748. emanato, Generosis Supremis Consiliarijs Ducatuum Curlandiae et Semigalliæ demandavimus; quatenus pro finali Satisfactione Fidelitatis Tuæ Summam praedictam octuaginta millium Thalerorum Tibi exsolvant, utque hac Summa exsoluta Praefectura hæc Cameræ Ducali restituatur, injunxeramus. —

Inse

=Insecuta sunt ad iteratas Fidelitatis Tuae Instantias alia bina= Nostra Rescripta: de die 22. Augusti, et de die 19. Septembris Anni 1754. expedita: quorum priori, praeter remissam computationem usus=fructus Praefecturae et usurarum ex praenumeratione Summarum Capi=talium provenientium, quoniam Nobis exposuisti, proventus Istius Prae=fecturae durante Possessione Tua in rem et meliorationem Praefecturae abs Te converti, ut post exsolutionem octuaginta millium Talerorum factam meliorationes quoque, quas necessarias fuisse et in rem et utilitatem Prae=fecturae vertere demonstraturus esses, Fidelitati Tuae exsolvantur, dis=posuimus: altero vero, praememorato Rescripto, ut pro meliorationibus per Fidelitatem Tuam pro aedificijs multis extractis, tum peco=ribus coemptis, alijsque ex rationibus praetensis, Summa adhuc vi=ginti m. Talerorum Tibi exsolvatur, Tibique Praefectura haec pro annua pensione duorum millium Thalerorum modo et titulo Arendae usque ad reditum /: qui illo tempore adhuc sperabatur:/ Ducis Ernesti Joan=nis, relinquatur, Supremis Consiliarijs injunximus. — Emanato hoc=ce ultimario Rescripto Nostro, Nobis pro parte Domus et Camerae Ducalis Curlandiae expositum fuerat: Fidelitatem Tuam praemissa ad insufficientes Cancellariarum Nostrarum Informationes exporta=sse: siquidem Gratiam Nostram Regiam et Rescriptum Nostrum An=no 1750. emanatum deserens, demonstrationem meliorationis ex par=te Tua faciendam post acceptam Summam octuaginta millium Thale=rorum non solum recusaveris, sed et Literas Innotescentiales ex parte Commissariorum Nomine Nostro Regio ad suscipiendas demonstrati=ones Tuas Constitutorum Tibi transmissas non acceptaveris, immo Easdem retro remiseris; Tuamque adeo Fidelitatem ob desertionem Rescriptorum Nostrorum antecedaneorum ac singulariter Rescripti Nostri de die 22. Augusti Anno 1750. Beneficijs exinde resultanti=bus amplius gaudere non posse, imo ad restitutionem Praefecturae et acceptae Summae octuaginta millium Thalerorum una cum fructi=bus ac emolumentis perceptis ac percipiendis teneri. — Quoniam tamen tunc temporis Consiliarij Supremi Fidelitatem Tuam ratione

praeme

=praemissorum ad Judicia Relationum Nostrarum Propriarum citaverant; non difficulter fieri permisimus, ut interim tota haec causa in statu quo tunc fuit quiescat. ~ Et quoniam ad praesens pro parte Serenissimi Principis Nostri Regij ac Filij Dilectissimi Caroli moderni in Livonia Curlandiae ac Semigalliae Ducis humillime Nobis expositum sit, quod licet Summam viginti millium Thalerorum per Rescriptum Nostrum die 19. Septembris Anni 1754. determinatam pro meliorationibus factis praetendere illo tempore Fidelitas Tua potuisset, attamen ex usufructu saepe fatae Praefecturae quam hucusque absque solutione ullius pensionis sive Arendae retinuisti, Te longe majorem Summam perfecisse, adeoque mutato hoc rerum Statu Te ante omnia ad restitutionem Ejusdem Praefecturae teneri. ~ Nos ideo habita matura cum Consiliarijs Nostris Lateri Nostro Regio assidentibus deliberatione, attentisque supra adductis, quod videlicet Summa octuaginta millium Thalerorum jam Fidelitati Tuae persoluta sit, quodque pro meliorationibus in utilitatem saepedictae Praefecturae factis distinctam Summam viginti millium Thalerorum et longe superantem ex reditibus memoratorum bonorum externasti; inclinati igitur humillimis precibus Serenissimi Principis Nostri Regij ac Filij Dilectissimi Curlandiae Ducis, Justitiae et aequitati conveniat, ut eadem hac via quam olim contra Domum Ducalem elegisti, et nunc Moderno Serenissimo Curlandiae Duci pro Jure Nostro Regali obveniamus. — Quapropter Exemptionem Rescripto Nostro de die 11. Martij Anno 1746. ordinatam plenarie resolventes, Praefecturam hanc Rutzaw Serenissimo Duci Curlandiae hisce Literis Nostris reddimus; Generosae vero Fidelitati Tuae serio mandamus, quatenus in spatio sex Septimanarum ab Insinuatione praesentis Mandati Nostri Regij computandarum Praefecturam Rutzaw cum omnibus tam antiquitus quam ad praesens annexis attinentijs et pecoribus tam praedialibus quam Subditorum cunctisque emolumentis - proventibus - ac meliorationibus si=

 quo

quae factae sunt realiter deoccupes, et Commissarijs ab Eodem = Serenissimo Duce constituendis tradas, nullaque ratione quidquam in deteriorationem Praefecturae fieri facias. – Quod vero reliqua Camerae Ducis petita attinet, nempe Fidelitatem Tuam ad restitutionem omnium fructuum a Festo S. Joannis 1754. perceptorum et percipiendorum nec non ad privationem et restitutionem beneficiorum omnium ex Rescriptis Nostris a Te desertis lucratorum damnorumque refusionem obligari debere: ea propter decisionem in Judicijs Nostris Relationum propriarum reservamus, in Jisque Partibus Terminum in proxima Juridica celebranda pro finali decisione assignamus peremptorium. – Praemonitam quoque Fidelitatem Tuam esse volumus, Nos in casum qui absit, si praefecturam hanc ad mentem Mandati hujus Nostri Regij intra tempus proximum realiter non deoccupaveris, Serenissimo Duci plenam potestatem concessisse praesentibusque concedere, ut nulla oppositione Tua obstante, Praefecturam hanc tempore ac modo Sibi bene viso per Commissarios Suos ab Ipso constituendos et si opus fuerit armata manu occupari faciat: – facta tamen plenaria Praefecturae hujus restitutione, ut Commissarij Ducales juxta morem in Camera Ducali receptum in Termino praefixo, si Generosa Fidelitas Tua adhuc meliorationes factas esse ad mentem Rescripti Nostri demonstrare vellet, demonstrationes Tuas, salvis cujusvis Partis Juribus, suscipiant, num impensas necessarias in utilitatem Praefecturae vergentes Tibique nondum compensatas ex proprijs erogaveris? numque damna notabilia Praefecturae subditis sylvis vel alio modo dederis? investigent, et de toto negotio peracto Relationem Nobis faciant: – In simul vigore praesentium Literarum Nostrarum Regiarum mandamus. – Factura igitur est Generosa Fidelitas Tua praemissa omnia Tibi demandata pro gratia Nostra ac sub poenis contra inobedientes Rescriptis Nostris sancitis. – In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae communiri jussimus. – Datum prout supra. Augustus Rex. – Locus Sigilli. –

115.)

omyłka oryg.

115.) Literae Sacrae Regiae Majestatis ad Dominos Consiliarios scriptae die 17. Novembris 1760. A.

Generosissimi Dni Dni admodum Venerandi Domini Supremi Consiliarij! Posteaquam in conformitate concreditae Nobis Instructionis negotia Delegationis Nostræ pro circumstantiarum exigentia Varsaviae observaverimus, ac modum quo afflicta Nostra Patria a magnis illis quibus nunc turbatur sollicitudinibus liberari possit in summa spe positum invenerimus; obstrictos Nos sentimus Groso Ordini Equestri Ducatuum Curlandiae et Semigalliæ debitam hac de re relationem facere. – Instantissime itaque Excellentias Vras rogamus, quatenus Illis tanquam natu majoribus Provinciae Fratribus Conferentiam fraternam primo quoque tempore indicere placeat: quo Nos haec omnia ad Confratres Nostros debite referendi Illisque veram ac intaminatam fidem Nostram testificandi nanciscamur occasionem: quemadmodum et omni debito honoris cultu perseveramus Generosissimarum Dominationum Vrum

116.) Responsum Consiliariorum Curlandiae ad praecedentes Literas Delegatorum Varsaviae Commorantium 27. die Mensis Novembr. 1760. A. datum.

Generosissimi Dni Dni Colendissimi! Ex Literis a Generosissimis Dominationibus Vestris ad Nos datis, tanquam alienum quid omnino perspeximus, quod Illae postquam congruenter acceptae Instructioni Suæ negotia Delegationis Varsaviæ peregerint, indictionem Fraternae Conferentiae ad perficiendam Suam Relationem a Nobis rogare studeant. – Satis enim cognitum est, quod habito posteriori Congressu Provinciali Conventus publicus limitatus; nulli autem Delegati ex Illo Varsaviam missi fuerint; et quemadmodum Generosissimae Dominationes Vestrae putativam Suam Instructionem ac Delegationem nonnisi ex privato quodam Conventu contra tenorem Jurium Nostrorum Provincialium Legumque Constitutiones accepisse videntur, ita et Nos Illas pro Delegatis agnoscere non possumus, et

tanto

tantum abest, quod Nos Intentioni Suae ratione indicendae Fraternae Conferentiae conformemus, ut potius Officij Nostri esse ducamus Dominationes Vestras ab illegalibus ejusmodi ausibus dehortari, quo ab oriundis exinde injucundissimis sequelis immunes maneant. — Perseveramus, quod coeterum est, omni cum honoris cultu Generosissimarum Dominationum Vestrarum. ~ " —

117.) Literae ab Illustrissimo Domino Supremo Regni Cancellario, ad Supremos Ducatuum Curlandiae et Semigalliae Consiliarios datae die Trigesima Decembris Anno Domini 1760. Varsaviae.

Magnifici Domini! Licet quidem a latere pervenerit ad me notitia, Dominos Fridericum Vilhelmum de Heyking nec non Georgium Fridericum de Platemberg post reditum Suum Varsaviâ infructuosum, petiisse a Dominationibus Vestris Indictionem Fraternae Conferentiae; nihilominus, antequam Dominationes Vestrae negative ad Illorum petita responderint, jam certus fui hanc prudentiam quam semper Comitem habere volunt non aliter Ipsis procedere concessuram quam negative. = Lex Cardinalis nempe Ducatuum Generosae Nobilitati concedit petere Duci Suo indictionem Comitiorum; quod si a Duce negligeretur, recursus ad Majestatem reservatur. — Nunc autem Comitia sub Regimine Serenissimi Ducis indicta - continuata - tandem limitatione Consiliorum ad tempus dilata, expectant ex Reassumptione conclusionem. — Nonne esset scandalum, si sub tempus Comitiorum nondum finitorum indictio Fraternae Conferentiae praesupponatur? quod Conventiculum alienum a Legibus et alicujus Scissionis vetitae foret indicium. — Quapropter non possum differre laudes quas Dominationes Vestrae meruerunt in hoc passu, et spero tranquillitati publicae studia ulteriora allaturos. — Graviter ii errant in supposito, qui Pacta Conventa quae Poloni ineunt cum futuris Regibus Electionis tempore et Pacta Nobilitatis Curlandiae cum Suo Duce in aequali ponunt lance! Poloni nempe vacante Throno libera Suffragia offerunt Novo Electo Regi conditionibus certis,

 — = super manutentionem quarum jurat Rex; et hoec vocantur Pacta Conventa: Pacta vero Curlandorum cum Duce potius Reversales vocari debent, non sunt relativa ad Regimen neque constitutiva Regiminis Ducis, sed tantum respective in Oeconomicis verbi gratia ne Dux bona emat et his similia: qualiter autem regere se debeat? praescripsit Illi Regulam Respublica circa Pacta Subjectionis formulam Regiminis - aliasque Leges; et sic mixto cum Rege Imperio praeest Curlandis Serenissimus Dux Modernus; ut Sibi manciparet Corda Curlandorum, constituit Plenipotentiarium Suum Magnificum Dominum de Mirbach, adjecta clausula ne quid fiat contra Pacta Subjectionis formulamque Regiminis: quoniam autem his contraria multa in Pactis Mirbachianis inveniuntur, Serenissimus Dux non confirmavit: sed ponamus casum quod si Serenissimus Dux Ea pacta confirmasset, Rex Authoritate Supremi in Ducatus dominij talia Pacta sufferre potuisset, et quid dicendum de Ordinibus Regni? —" — Mirum igitur est, aliquos ex Generosa Nobilitate ultra confirmationem Pactorum Mirbachianorum a Serenissimo Duce extorquere velle: cum Ipsa sunt repugnantia in multis Pactis Subjectionis et Formulae Regiminis, neque quadrant cum tenore Plenipotentiae datae, neque cum Legibus. — Sed attonitus sum, quod hi qui credunt haec Pacta Sacra esse, credunt Se a reddendo homagio Duci hac ratione liberari! ~ Constitutivum Ducis est diploma Regium cum Investitura, circa quam jurat Dux fidelitatem Regi et Reipublicae, ac simul conservaturum Se Jura Provinciae spondet; sed non est Constitutivum Ducis ut Pacta ineat cum Generosa Nobilitate, quia Haec non dat Ipsi potestatem in Gubernio majorem et ponderosiorem. — Ex petitione tamen aliquorum Jndictionis Fraternae Conferentiae de his qui Duci Suo non praestiterunt homagium, apparet, nolle Duci parere atque his Consilijs nolle adesse quibus Dux praeest. ~ Velint = " =

Domi-

Dominationes Vestrae Confratribus Suis vera exarare, ne talibus adhaereant opinionibus quae Legibus repugnant, quibus Se conjunctos Poloniae sciunt, et a quibus Se separare neque Toti Provinciae licet multo magis particularibus Personis sine Criminis nota. — Tota enim Livonia incorporata Regno Poloniae fuit; subsecutis Pactis Olivensibus mutavit dominium Curlandia et Semigallia cum Districtu Dünaeburgensi, remansit in corpore Poloniae Eique annexarum Provinciarum. ~ Licetne particularibus contra mentem Regis Clementissimi et datam Investituram Duci eo ipso contra Subjectionis Pacta agere et recalcitrare? Veneror multum Generosam Nobilitatem Curlandiae et Semigalliae! Ad Particulares tantum descendo. — Fas est desideria Generosae Nobilitati proponere: fas conqueri: sed non licet displicere Toto Corpori Reipublicae Actu sinistro contra Ducem quem Rex constituit - diplomate et Investitura confirmavit. — Quantum autem Respublica cordi habet hos Ducatus juxta antiqua Jura conservare? demonstrant Leges Regni: sed vice versa, quam ferventer aliquorum temeritatem compresserit? extant exempla et praecipue Constitutio Anni 1726. edocet, „ Polonus sum, non separo Curlandiam neque a Corpore Poloniae „ et annexarum Eidem Provinciarum, neque felicitatem Poloniae „ a felicitate Curlandiae." ~ Quapropter exhortor Dominationes Vestras, quatenus Repraesentationibus Suis omnes tranquillitati studentes faciant moneantque Confratres Suos, ut innovandarum rerum cupiditate abscissa, unito corde ad ea descendant Consilia quae utilitati Patriae inserviant, et Me devotum tam in generali quam in particulari in Officijs explendis unicuique reddant. — Interim maneo propenso semper animo Magnificarum Dominationum Vestrarum Addictissimus Servus Joannes Małachowski Supremus Regni Cancellarius mp. —

118.) Literae Inhibitoriae de non imprimendis Libris Concionum Admodum Reverendi in Christo Patris Gaspari Balsam Societatis Jesu Varsaviae die XVIII. Mensis Decembris Anno 1760. emanatae. –

Augustus Tertius etc. – Significamus etc. – Quod cum Typographia Posnaniensis in Collegio Patrum Societatis JEsu magno sumptu et non modicis Impensis Conciones olim Admodum Reverendi in Christo Patris Gaspari Balsam Ejusdem Societatis Presbyteri et Concionatoris Ordinarij ad Ecclesiam Sᵗᵃᵉ Barbarae Praepositularem Domûs professae Cracoviae, admirabili sermonis elegantia – pondere rationum – sententiarumque gravitate commendatissimas, Typis in lucem publicam ediderit; quapropter supplicari Nobis fecit per Certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes: quatenus Nos, ne quispiam alter in dominijs Regni Nostri praefatas Conciones imprimere vel reimprimere sine Consensu Memoratorum Patrum Soc. JEsu Collegij Posnaniensis praesumat, interdicere et inhiberi dignaremur. ~ Nos igitur Supplicationi praefatae uti justae benigne annuentes, Literas Inhibitorias dandas et concedendas esse duximus: prout quidem damus et concedimus, hisce Literis Nostris inhibentes et serio interdicentes ne quispiam Conciones supradictas ad decursū decennij imprimere vel reimpressas disvendere audeat, idque sub libera ejusmodi Librorum confiscatione et mille Aureorum Hungaricalium solutione coeterisque poenis contra Convulsores Mandatorum Nostrorum de Lege publica sancitis. – Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Typographis – Typorum Magistris – ac Bibliopolis ad notitiam deducentes mandamus, quatenus praemissa et Ipsi observent et ab alijs observari curent, sub poenis similibus contra Se extendendis et pro Gratia Nostra. – In quorum fidem, praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus etc. –

119.) Rescriptum ad Spectabilem Magistratum Civitatis Sᵃᵉ Regiae Majestatis Plocensis Varsaviae die decima octava Mensis Decembris 1760. Aᵒ expeditum. –

Augustus Tertius etc. – Spectabilibus ac Famatis Praeconsuli – Consu-

libus

libus – totique Magistratui Civitatis Nostrae Plocensis fideliter= Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. – Spectabiles et Famati fide= liter Nobis dilecti! Percepimus ex Relatione certorum Consiliariorū Nostrorum: quomodo Fidelitates Vestrae, habita certa Complanatione sub Actu in Praetorio Civili Plocensi Feria tertia post Festum Sancti Mar= tini Pontificis proxima Anno Domini 1684. cum Infidelibus Judaeis Plocen= sibus facta, per quam Complanationem Infideles Judaei in Civitate Nostra Plocensi existentes domosque Suas possidentes ad omnes Mercaturas et aedificationes Domuum Suarum admissi, tum ad solvendam Summam quolibet Anno in vim Contributionis hybernalis ex Possessionibus Suis ducentorum viginti florenorum Polonicalium obstricti et obligati sunt, Fidelitates Vestrae contra Eandem Complanationem procedendo, Praefatis Judaeis Plocensibus domos Suas in fundis et Areis Civilibus ab antiquo tempore a Civibus Plocensibus per Judaeos coëmptis partim invadiatis ha= bentibus, dictas domos Eorum per vetustatem temporis collapsas et de= solatas reparare et exaedificare non permittant et denegant. – Idcirco supplicatum Nobis est nomine Eorundem Infidelium Judaeorum Plocen= sium, ut Ipsis eandem reparationem et aedificationem domuum Eorum collapsarum et desolatarum concedere dignaremur. – Quorum Suppli= cationi benigne annuendo, praefatis Judaeis Plocensibus dictam repa= rationem et aedificationem domuum Eorum collapsarum et desolata= rum permittimus et concedimus praesentibus Literis Nostris, Fideli= tatesque Vestras requirimus Ipsisque mandamus, ut Praefatos Judaeos Plocenses in eadem reparatione et aedificatione domuum Eorum colla= psarum – et desolatarum – sive igne combustarum non impediant Ipsis= que hanc reparationem aedificationemque permittant. – Et si Fidelita= tes Vestrae voluerint dictos fundos et areas Civiles per Judaeos coemptas sive Ipsis invadiatas una cum Domibus in praedictis Areis aedificatis a Judaeis redimere, redimant; Summasque in coemptionem horum fun= dorum et arearum Civilium ac in aedificationem domuum per Judaeos erogatas una cum expensis Judaeis refundant et restituant. – Facturae sunt Fidelitates Vestrae pro Gratia Nostra Regia. – In cujus rei fidem,

pres

=praesentibus Sigillum Regni est impressum. – Datt ut supra.

120.) Rescriptum Superadditionis Commissariorum ad exe=quendum Decretum, inter Venerabilem Bodzianowski Parochum Radoszycensem ab una atque Spectabiles et Famatos Oppidanos Radoszycenses, in Judicijs Assesso=rialibus Regni. Varsaviae Aº 1760. 20. Abris datum. –

Augustus Tertius etc. – Venerabili Constantino Jankowski Canonico Praeposito Slawnensi, tum Generosis N. Zaremba Camerario Granici=ali Petricoviensi, et Cantio Wolski Vicesgerenti Opocinensi, fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. – Venerabilis, Generosi fide=liter Nobis dilecti! Intercesserat Decretum in Judicijs Nostris Assesso=rialibus Regni sub Actu Varsaviae Feria sexta in Crastino Festi Sti Andreae Apostoli die scilicet prima Mensis Decembris Anno 1758. inter Venerabilem Joannem Bodzianowski Parochum Radoszycensem ab una, atque Spectabiles Praeconsulem – Consules – totumque Magis=tratum et communitatem Oppidi Radoszyce, ratione in Eodem Decreto contentorum ex mutuis partium Controversijs prolatum. – Quod quidem Decretum ut debitae in omnibus punctis executioni demandaretur, certis Commissarijs Nostris in Decreto Judiciorum Nostrorum Assesso=rialium itidem Varsaviae Sabatho pridie Dominicae septuagesimae die scilicet nona Mensis Februarij Anno 1754. prolato specificatis et indigitatis, id negotium commiseramus: sed quoniam nonnulli ex prae=mentionatis Commissarijs fatis decesserant, taliterque dictum Decretum Nostrum ad debitam executionem deduci ita facile non potest; ideo Fidelitates Vestras, de quorum industria – et in rebus gerendis dexteri=tate optime persvasi sumus, superaddendos esse duximus. – Prout = quidem hisce Literis Nostris superaddimus, mandantes Fidelitatibus Vestris, quatenus junctim cum praememoratis Commissarijs captato tempore – praevijs Innotescentiarum Suarum Literis duabus Septimanis ante terminum extradendis – ad Oppidum Radoszyce condescendant; = ibidemque; absentia nonnullorum Fidelitatum Vestrarum dummodo

tres

-tres adsint non obstante - fundata in loco qui Ipsis commodior=
videbitur Jurisdictione Sua - acclamatis ad praesentiam Sui Partibus
- contumacia alterius partis non attenta - nec obstantibus quibusvis
Impugnationibus Citationibus aut Rescriptis alijsque exceptionibus
a quacunque Parte opponendis, praefatum Decretum Nostrum in omni=
bus Cathegorijs et punctis ad realem Executionem deducant, ac ut Parti
Injuriatae per alteram partem omnimoda satisfactio fiat, curent; =
totumque id negotium inter Partes supra allegatas intercedens finaliter,
praecisa quavis Appellatione, determinent - disjudicent - ac sopiant,
pro Gratia Nostra. - In quorum fidem etc Dat: Varsaviae ut supra. -
Augustus Rex. - Locus Sigilli. ~.-

121.) Promemoria od JWo: JmPana Kanclerza W. K. Dworowi Rossyyskiemu dane 20. Xbris Anno 1760. w Warszawie. -

Kanclerz Wielki Koronny odbieraiąc ustawiczne Listy od Miasta Torunia w których z płaczem wyrażaią żale Swoje: że na pieczywo chlebow sucharow na tak liczny garnizon przechodzącego woyska, na opał Officyerom y Kwidygard Zołnierskich w tamtym Kraju drwa drogo kupiiąc, na suplementowanie swiec Officierom - Kancellaryi y dla przechodzącego Woyska codzień znaczne przynoszą expensę; także, przy zruynowanych już Wsiach przez ustawiczne podwody, żadnych z nich miasto niemaiąc Intrat, niebędzie miało sposobnosci do zapłacenia Rzeczypospolitey Kontrybucyy zwyczaynych. - Jako tedy zaraz na początku weyścia Woyska Rossyyskiego do Tegoż Miasta Torunia, Nayjaśnieysza Imperatorowa miała wzgląd na wielkie Miasta Tegoż Expensa, y kazała certum quantum Temuż Miastu z Kassy Swojey wyliczyć, tak y teraz miarkując daleko większe Expensa, Kanclerz W. K. przez Remonstracye JmPana de Wojeykow Pełnomocnego Dworu Rossyyskiego Posła do Łaski Nayjaśnieyszey Imperatorowey czyni Rekurs, aby Kassa Jey, te tak wielkie extraordynaryyne zastąpić mogła Miasta Torunia wydatki. ~.. -.

122.) Responsum Supremorum Ducatuum Curlandiae et Semigalliae Consiliariorum ad Literas Illustrissimi atque Excellentissimi Domini Supremi Regni Cancellarij

=datum

 = datum Mitaviae die 2. Januarij Anno 1761. ~. –

Illustrissime ac Excellentissime Domine Supreme Regni Cancellari Domine Gratiosissime! ~ Literas quibus Illrmæ Excellentiæ Vestræ visum est Nos honorare accepimus, acceptasque perlegimus omnino venerabundi. ~ Studium enim illud laudabile et cura, quibus Excellentia Vestra toti Corpori Reipublicae diligenter sapienterque prospicere consuevit, jam singulariter ad reconciliandam in hisce Ducatibus concordiam, ab Ipsa gratiose intendi; animo ex Iisdem intelleximus laetanti. – Nos quidem pro tuendis muneribus Nostris, quavis occasione data, in hoc fine obtinendo omnem operam posuimus curamque: sed Nobis hucusque tamen non licuit exitu delectari exoptato. – Constitutum itaque habemus Copias Literarum Illustrissimae Excellentiae Vestrae in omnes Ducatuum Ordines mittere; nulli dubitantes, quin Confratres Nostri sinistris seducti Consilijs, cum Literas Easdem perlegerint, rationibus victi ad consilia quæ Ipsis jam dantur saniora sint descensuri. – Hoc quemadmodum maxime est in optatis, ita quoque non possumus non Illustrissimæ Excellentiae Vestrae singulares easque maximas agere gratias pro laudibus quibus Gratiosae Ejus erga Nos menti ornare Nos placuit. ~ Placeat quoque Illustrissimæ Excellentiae Vestrae gratulatio Nostra sincera de novo Anno, quem minus ac sequentes Illustrissimae Excellentiæ Vræ totique Ejus Familiae faustos felicissimosque vovemus. – Quod reliquum est, Gratiae ac Benevolentiae Suae diligenter studioseque Nos commendantes, debita submississimaque veneratione permanemus. – Illustrissimae Excellentiae Vestrae humillimi ac Obedientissimi Servitores. Otto Christophorus ab Howen Landhoffmeisterus – Fridericus Kayserling Cancellarius, Franciscus Georgius a Frank Landmarchallus. ~

123.) Literae S.R.M. intuitu Generosi de Julianio Interpretis Munus agentis ad Serm Turcarum Imperatorem datae Varsaviae d. 6. Januar. Aº 1761. –

Post consuetos Titulos. – Hucusque semper Curae Nostræ nunquam

fuit

fuit majori, quam ut amicitia perpetuo foedere semel stabilita inter Praefulgidam Portam Ottomanicam atque Regnum Nostrū indissolubili semper colatur nexu. – Non ita pridem, Solenni Legatione ad Serenitatem Vestram expedita, Orator Noster Generosus Josephus Antonius Junosza Comes a Podosie Podoski Culinæ Magni Ducatus Lithvaniae Provincialis Praefectus explicavit Mentis Nostrae sinceram amicitiae cordialitatem: – Qui Redux feliciter, dum Nos de reciproca Serenitatis Vestrae erga Nos et Rempublicam asse-curavit animi dispositione, hilari mente relationem Ejus recepimus. Cum vero Generosus de Gulianio Interpretis Nostri Munus agens in Aula Serenitatis Vestrae longiorem moram Residentiae Suæ dederit, congruumque duximus de Mandato Nostro Ipsi uti vere prudenti alia negotia committere quae Illum ad Nos avocant; peramanter cupimus, ut Eundem Generosum de Gulianio Interpretis Nostri Munus agentem Serenitas Vestra Gratia Sua particulari prosequatur, et protectione; quatenus Illa munitus ad Nos feliciter redire possit. – Interim iterato de constanti semper animo Nostro in colenda amicitia Vestram Serenitatem assecuramus, ac Eidem felix diuturnumque Regimen ad seras aetates vovemus. – Datt^ae ut supra. –„ –

124.) Literæ S. R. Mjstis ad Vesirium Supremum in eadem ut supra materia datae Varsaviæ d. 6. Janu. 1761. A:

Post consvetos Titulos. – Laetus certe ad Nos Nuntius pervenit, Legatione Sua ad Praefulgidam Portam Ottomanicam feliciter expedita, Generosus Josephus Antonius Comes Junosza a Podosie Podoski Culinæ Magni Ducatus Lithvaniae Provincialis Praefectus, ex quo indissolubiles amicitiae Nostræ nexus reciproco animo a Praefulgida Porta Ottomanica acceptatos fuisse retulit. – Cumque gloriatur, multum usum fuisse opera Illustritatis Vestrae, Cujus excelsae animi dotes ad hoc honoris fastigium ab antiquo Illi praepararunt viam, patet exinde Illustritatis Vestrae propensum semper erga Nos et Rempublicam Cor Ejus connaturales sibi fecisse passus. – Cum vero Generosus de Gulianio Interpretis Nostri Munus agens ad alia negotia Illi committenda, cognita jam Ejus

Nobis

 — =Nobis in rebus agendis prudentia, nunc ad Aulam Nostram evocatur; decenter postulamus ut Illustritas Vestra Illi Literas passus cum comitatu Suo expedire demandet; quibus munitus reditum Suum accelerare ad Nos possit; et ut Ipsum Sua Gratiosa foveat benevolentia. — Interim gaudemus Illustritatem Vestram bene valere, Cui omnimodas prosperitates vovemus. — Datt. etc. ut supra. —

125.) List Jmćpana de Woyeykow Dworu Rossyyskiego Ministra do Jaśnie Wielmożnego Jmćpana Kanclerza Wielkgo Koronnego, względem obiecanego do Porty Ottomańskiey interessowania się aby pod Jmieniem Haydamakow Krymscy Tatarowie na Rabunek w Kray Polski niewpadali, w Warszawie dnia 17. Stycznia R. 1761. pisany. —

Monseigneur! Kilka niedziel temu Jwwmćpan Dobrodziey raczyłeś Mi przełożyć: że pod Jmieniem Haydamakow Krymscy Tatarowie y inni Poddani Tureccy wpadając w granice Rzeczypospolitey Polskiey wielkie Obywatelom Państwa Tego czynią krzywdy- zaboystwa y rabunki, a potym się ze zdobyczą nazad znowu do Państwa Hana Krymskiego powracają- y tam się ukrywają; którym tedy Jnkonweniencyom ażeby na dalszy czas zabieżeć y wszelką w Państwie Rzeczypospolitey Polskiey spokoyność y bespieczeństwo prowidować, Jwwmćpan Dobrodziey elucydując Mnie Jntencyę Swoją y Nayjaśnieyszey Rzeczypospolitey że w tey mierze ma Skargi Swoje zanieść u Porthy Ottomańskiey, żądałeś ażebym dla wzmocnienia onych y Dworowi Mojemu to remonstrował y do podobnego przedsięwzięcia skłonił. — Ja dopiero na to odebrawszy Replikę, mam honor Jwwmćpanu Dobrodziejowi donieść: że te dobrze intencyonowane Jwo wmćpana Dobrodzieja sentymenta były ad mentem Dworu Mojego, które On approbując nieomieszkał zaraz do JP. Obręzkowa Rezydenta w Konstantynopolu przytomnego expedyować Order z tym przedpisaniem, ażeby jak prędko u Porty Ottomańskiey z Strony Nayjaśnieyszey Rzeczypospolitey w tym zaydą Skargi tak wraz aby y On Jmieniem Dworu Mojego mocno się o to upominał y współecznoście usilnie się starał o wyniszczenie tych swywolnych Kup y o surowe zabeę

zabronienie onym do ucieczki y schronienia się w Państwach Tureckich. — W tym tedy Dwór Móy persystując niewątpi: że JW. Pan Dobrodziey to chwalebne przedsięwzięcie Swoje bez dalszey zwłoki czasu do pożądanego Skutku zechcesz przyprowadzić: A Ja też abym mógł Onemu donieść y JmPana Obrezkowa uwiadomić, jak prędko ta nastąpi Rezolucya? y przez kogo w Porty Ottomańskiey te mają bydź promowowane Remonstracye? supplikuję JW. WmciPanu Dobrodziejowi mnie o tym wszystkim zupełnie informować: jako Tego który ma honor bydź z Należytym Uszanowaniem. etc. F. de Woyeykow.

126.) Respons JW. JP. Kanclerza W. K. na List JP. Posła Rossyyskiego dnia 20. Januaryi Ao. 1761. w Warszawie dany. —

Odebrałem z wszelkim Respektem List WmciPana Dobrodzieja de die 17. Januaryi Anno 1761., w którym Mi wyrażasz: że Dwór Rossyyski życzy tego aby mógł złączyć Reprezentacye Swoje z Reprezentacyami Dworu Mego u Porty Ottomańskiey, względem ukrywających się Haydamakow w granicach Tureckich y Tatarskich. — Nic słuszniejszego aby się to stać mogło ze złączonym wspólnym Interessem: do czego Ordynans JmPanu Hibszowi Rezydentowi Polskiemu w Konstantynopolu Rezydującemu będzie dostateczny z Gabinetu dany. — W czym piszę do JmciPana Artylleryi Koronney Generała: interim, piszę jeszcze do JP. Hetmana W. Kor., aby chciał napisać do Hana żądanie Całey Polski, aby Tych Hultajow w Swoich niecierpiał Państwach, y albo Ich wypędzać kazał albo sekwestrował u Siebie, gdyby się mieli znaydować. — de caetero znam się bydź z należytym etc.

127.) Literae Magistratus Gedanensis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium datae Gedani 23. Januarij Anno 1761., quibus Suam Civitatem pristinae Gratiae Regiae recommendant. —. —.

Illustrissime Domine Domine Gratiosissime! Triste accepimus nuntium a Secretario Nostro in Aula Regia commorante, interdictam nempe Ipsi esse Aulam Regiam omniaque loca in quibus Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus praesens

fuerit

— =fuerit, idque ob indignationem Sae R. Mtis Dni Nri Clemni
erga hanc Civitatem; in quam et in alias Civitates Serenissimo Regi
|: uti Interdicto additum erat :| competere absolutum dominium,
vigore cujus Illis pro libitu imperare possit; et si quae Civitas Man=
datis Regijs contrariatur tristes exinde sentit sequelas. ~ „ —
=Nihil certè Nobis tristius accidere potuit, qui maxime stude=
mus ut Sacrae Regiae Majestati Domino Nostro Clementissimo
fidem intemeratam et humillima obsequia praestare possimus. –
Quod & vero de absoluto dominio Sacrae Regiae Majestatis in Civi=
tates insuper additum erat, id ut ingenue fateamur cum Privilegio
Incorporationis, et omnibus quae hoc secutae sunt Serenissimorum
Regum Poloniae et Ipsius moderni Serenissimi Principis Nobis fe=
liciter DEus velit quam diutissime Imperantis Confirmationibus
Jurium generalium Reipublicae Provinciarumque Ei incorporatarū
vix conciliare possumus?: quae Nos docent, esse quidem Serenis=
simorum Regum Poloniae dominium in Civitates, cui haec quoque
Civitas se humillime subjicit, sed Juribus et Privilegijs Illarum con=
forme; ita ut satis dolere nequeamus hoc de absoluto Serenissimo=
rum Regum Poloniae in Civitates dominio Interdicto additum fuisse.
–. Quandoquidem autem pro maxima infelicitate Nostra amissionem
gratiae Regiae habemus: proinde Illustrissimam Excellentiam Ve=
stram observantissime rogamus, ut pro Sublimi Munere Suo et gra=
tiosissima propensione Nobis et huic afflictae Civitati saepius con=
testata, Sacrae Regiae Majestati Domino Nostro Clementissimo,
Coram Perillustri Reverendissimo et Excellentissimo Domino Gabriele Joanne Comite Junosza Podoski Referendario Regni, nomine et ex Speciali Commisso Nobilium et Spectabilium Ordinum Civitatis Gedanensis, dictae Civitatis Secretarius debita cum observantia manifestando infert; qua ratione ex Literis Innotescentialibus Commissorialibus a dicto Perillustri Reverendissimo et Excellentissimo Domino Referendario Regni Varsaviae in Residentia Sua die 20. Julij Anni praesentis 1761. datis, et Nobili Domino Praesidi hujus Civitatis die 7. Augusti eodem Anno insinuatis, Iidem Ordines Civitatis non sine gravi dolore intellexerint, quod post institutam Anno praeterito exactionem proventuum, qui ex Portorio hujus Civitatis pro parte Regia obveniunt, Revisionem, nunc vigore Rescripti Regij die 15. Julij h. a. in forma Mandati expediti et Nobili Domino Praesidi hujus Civitatis die 8. Augusti exhibiti nec non in fundamento alterius cujusdã Rescripti - Instructionis Specialis cujus tamen contenta Nobiles et Spectabiles Ordines adhucdum ignorant, non solũ dicta Rationum portorij introspectio iterum repeti sed quod praecipuum est etiam alia omnia et singula quae in memoratis Literis Instructionis continentur sub disquisitionem et decisionem Judicij Commissorialis vocari debeant? ~

Ad hoc allatum Rescriptum Regium dicti Ordines Civitatis necessitatem Sibi impositam viderunt Sacrae Regiae Majestati Domino Nostro Clementissimo Libello - Informatorio Supplici humillime exponere: quod ea quae in dicto Rescripto Ordinibus inj

 =bus injunguntur in turbationem Jurisdictionis Civitatis et maximum Jurium et Privilegiorum tam hujus Civitatis quam totius provinciae praejudicium tendant; nec dubitant saepe nominati Ordines Sacram Regiam Majestatem Jurium et Privilegiorum ibidem allegatorum Clementissimam rationem habituram, et Civitatem a praegravabili hac Commissione benignissime absolutuiam esse. – Haec ad notitiam Perillustris Reverendissimi et Excellentissimi Domini Regni Referendarij deducentes, simul per praesentem Civitatis hujus Secretarium debite ac rite declarant, Civitatem hanc ex gravissimis in praedicta Informatione fusius allegatis et deductis rationibus in Commissionem a Perillustri Reverendissimo et Excellentissimo Domino Referendario Regni in hac Civitate fundandam nullomodo consentire, neque Jura et Privilegia Civitatis Eorumque interpretationem Judicio Commissoriali subijcere aut ullam executionem admittere posse; sed Juribus Civitatis firmiter inhaerendo, paritergue de totius negotij Commissorialis invaliditate manifestando, omnia Sibi competentia beneficia et remedia quam solennissime reservare velle: prout hisce eadem Sibi omni meliori modo reservant. – Jidem Ordines de coetero Perillustri Reverendissimo Domino Regni Referendario, omnem honorem – respectum – et observantiam contestari atque exhibere sunt parati. &c. –

166.) Rescriptum in forma Plenipotentiae ad Generosum Antonium de Leubnitz Sacrae Regiae Majestatis Camerarium et Vicecommissarium – Exactoremque Redituum Portorij Maritimi Gedanensis et Elbingensis Varsaviae d. 15. Julij A. D. 1761. expeditum. –

Augustus Tertius etc. – Generoso Antonio de Leubnitz Camerario Nostro – et vicecommisario – Exactori redituum Portorij maritimi Gedanensis et Elbingensis – Assessori Camerae Nostrae – fideliter Nobis dilecto Gratiam Nostram Regiam. – Generose fideliter Nobis dilecte! – Quandoquidem ad Fidelitatem Tuam ex munere

Offi=

Officij ejusque vinculo Majestati Nostrae adstricto pertinebat exigere reditus Portorij respective maritimi Gedanensis Thesaurum Nostrum spectantes, Majestatique Nostræ referre, si in ijsdem reditibus Nostris aliqua injuria cum diminutione eorum per quempiam fiat attenteturque? id quod fieri attentarique certe aliunde cognovimus et intelleximus; quamobrem Fidelitatem Tuam ultra id Officium quo Nobis obligatum Te esse cognoscis, etiam specialibus in Plenipotentiarium Nostrum, quoad negotium integrum, tam redituum Nostrorum Portorij Gedanensis quam punctorum quorundam Instructione Nostra Speciali Manu Nostra subscripta et Sigillo Regni munita contentorum, coram V. Joanne Gabriele Junosza Podoski Referendario Regni - Praeposito Cathedrali Cracoviensi - Vice Praeside Cameræ Thesauri Nostri - Equite Ordinis Aquilae Albæ - qua specialiter per Majestatem Nostram designato Commissario Nostro, in Civitate Nostra Gedanensi, tractandum et exacte promovendum constituimus: et pro sic constituto Speciali quoad omnia et singula juris et facti incumbentia Plenipotentiario Nostro, Fidelitatem Tuam ab omnibus Illis quorum interest haberi existimarique volumus et mandamus. ~ Itaque requirimus Fidelitatem Tuam, quatenus in Termino Literis Innotescentiæ Commissorialis Nobilibus et Spectabilibus Burgrabio Nostro - Praesidi - Praeconsulibus - Consulibus - totique Magistratui et reliquis Ordinibus Civitatis Nostræ Gedanensis intimandis praefixo, coram praelibato Venerabili Commissario Nostro Speciali compareas, et negotium integrum Thesauri Nostri quoad reditus sive e Portorio maritimo Gedanensi sive aliunde a Civitate Nostra Gedanensi Nobis Majestatique Nostræ provenire debitos, ea qua par est exactitudine aliàs a Te Nobis debita promoveas - promoverique studeas, alia quoque omnia et singula puncta memorata Instructione Nostra comprehensa cum omnibus eorum dependentijs et emergentijs, nihil eorum intactum relinquendo, - Eidem promotioni Tuæ sollicitudinique Fidelitatis Tuæ a Nobis commissa

esse

=esse praesentibus intelligas. ~ In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. – Dabantur Varsaviæ ut supra – Augustus Rex. – Locus Sigilli.

167.) Rescriptum in forma Mandati ad Nobiles et Spectabiles Burgrabium – Praesidem – Praeconsules – Consules – totumque Magistratum – tum reliquos Ordines Civitatis Sacrae Regiae Majestatis Gedanensis Varsaviæ d. XV. Mensis Julij Anno Dñi 1761. expeditum. –

Augustus Tertius etc. – Nobilibus et Spectabilibus Burgrabjo – Praesidi – Praeconsulibus – Consulibus – totique Magistratui – tum reliquis Ordinibus Civitatis Nostræ Gedanensis fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. ~ Nobiles et Spectabiles fideliter Nobis dilecti! ~ Ex his, quæ per praesentes Fidelitatibus Vestris intimamus facile poteritis cognoscere, Majestatem Nostram nondum ad rigorosa cum Subditis Nostris verum ad mitiora media ex Clementia Nostra condescendere. – Ipsæ enim Fidelitates Vestræ optime scire debetis, quomodo Anno proxime elapso 1760. Commissarium Nostrum Literis Rescripti Nostri pro exigendis rationibus redituum Portorij maritimi Gedanensis ad mensam Nostram vigore Juris Nostri et Legũ Regni secundum modum Tractatu Portorij Anno 1585. praescriptum pertinentium in Civitatem Nostram Gedanensem designaveramus: tum vero postquam Fidelitates Vestræ et Illi, quos negotium hocce ex onere administrationis Portorij redituumque Ipsius afficiebat afficitque, hanc Commissarij Nostri introspectionem discussionemque subterfugistis; Directores dicti portorij Nobiles et Spectabiles Gabrielem Schuman – Joannem Fridericum Schumann – et Eduardum Fridericum Conradi, uno et altero Rescriptis Nostris et quidem primario sub poenis arbitrarijs altero sub mulcta centum millium Aureorum Hungaricalium in casum renitentiæ Eorum comminatorijs, ad Aulam Nostram huc Varsaviam vocaveramus; non tamen etiam Isti Directores

Portor=

Portorij ad ejusmodi Mandata Nostra comparuerunt: certe=
progressus ejusmodi severam animadversionem indignationem=
que Nostram Fidelitatibus Vestris adhuc praesentibus testatam
fore valuerimus. — Quocirca Fidelitatibus Vestris ad indubi=
tatam deducimus notitiam, quod iteratò Venerabilem Joan=
nem Gabrielem Comitem Junosza Podoski Referendarium Regni
- Praepositum Cathedralem Cracoviensem - Vice praesidem Came=
rae Thesauri Nostri - Abbatem - praepositum Commendatariū
Miechoviensem - Equitem Ordinis Aquilæ Albæ in Commissa=
rium Nostrum, ad effectum exactionis rationum reditûs nostri
e Portorio maritimo Gedanensi ad mensam Nostram pertinen=
tis, seorsivo Rescripto Commissionis Nostræ Manu Nostra sub=
scripto et Sigillo Regni munito de data Ejus Varsaviæ die
XV. Mensis Julij Anno currenti 1761. designavimus; Ipsique
introspectionem tam quoad praemissa quam quoad alia omnia
puncta distinctis Literis Nostris - Instructionis Manu Nostra
subscriptis et Eidem traditis comprehensa commisimus et Au=
thoritate Nostra in commissis dedimus. — Itaque Fidelitatibus
Vestris et Ordinibus Civitatis Nostræ Gedanensis, Iisque omni=
bus quos negotium praesens et punctorum dicta Instructione No=
stra specificatorum officit, mandamus et districte praecipi=
mus: quatenus coram Eodem Commissario Nostro Speciali in
Termino per Eum Ipsis intimato peremptorie compareatis, Respon=
siones - Justificationesque Vestras in punctis dicta Instructione No=
stra contentis faciatis, rationes redituum Portorij maritimi Geda=
nensis ad Mensam Nostram pertinentis quocunque eos Fidelita=
tes vestræ percipitis reddatis, dictique Commissarij Nostri Resolu=
tionem definitionemque in omnibus et singulis illis punctis prae=
stolemini. — Etiam atque etiam volumus et Eadem Auctorita=
te Nostra Fidelitatibus Vestris serio praecipimus atque Eas
monemus: quatenus memoratum Venerab. Podoski Referendariū

Regni

 — =Regni sic ut praefertur Commissarium Nostrum eo honore qui de coetero Commissarijs Nostris Juramento convenit recipiatis, debitamque Ipsius Recognitionem quoad moram eo loci hoc in negotio fecerit continuetis, Residentiam Eidem in aedibus Nostris Regijs in Civitate Nostra Gedanensi consistentem et pro Equitatu Ipsius Stabula Nostra ad easdem aedes Nostras pertinentia commonstrari et dimitti designarique faciatis, et omnino curetis; nec non expensas omnes, quantae pro condigno requirentur, tam pro vialibus eo loci Gedanum proficiscenti praelibato Commissario Nostro et inde redeunti quam sub integrum tempus Residentiae Ipsius, subministretis subministrarique ex Cassa seu Aerario publico curetis. ~ Facturae sitis praemissa Fidelitates Vestrae pro Gratia Nostra, aliàs sub poenis in Convulsores Mandatorum Nostrorum a Jure constitutis—. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. — Dabantur Varsaviae ut supra.. Augustus Rex. Locus Sigilli. —

168.) Rescriptum Commissionis Sacrae Regiae Majestatis Venerabili Gabrieli Junosza Podoski Referendario Regni intuitu recipiendarum rationum Portorij maritimi Gedanensis a Directoribus ejusdem debitarum Varsaviae die 15. Julij 1761. a. expeditum..

Augustus Tertius etc. — Venerabili Joanni Gabrieli Comiti Junosza Podoski - Referendario Regni - Praeposito Cathedrali Cracoviensi - Vicepraesidi Camerae Thesauri Nostri - Abbati - Praeposito Commendatario Miechoviensi - Equiti Ordinis Aquilae Albae fideliter Nobis dilecto Gratiam Nostram Regiam. ~ Venerabilis fideliter Nobis dilecte! Cum reditus portorij maritimi Gedanensis, secundum Ordinationes antiquas et Tractatum Portorij Anni 1585. accedente ad id ipsum Constitutione Regni Nostri Anno 1590. lata, coeteris proventibus Mensae Nostrae coalescat;

inde

inde manifesti juris est, ipsoque dicti Portorij Tractatu constitutum; eorum omnium, si quae in diminutionem reditus Nostri ex Portorio per Eos ad quos ejus administratio spectat irrepserint, ad Nostram vel Commissarij Nostri Cui id ipsum praecommiserimus cognitionem pertinere, Nobisque vel Commissario Nostro rationes Portorij reddi exhiberique debere. — Hoc ut praefertur Munus Anno immediate exacto Fidelitati Tuae Rescripto Nostro commiseramus. ~ Posteaquam vero Nobilis Magistratus Gedanensis et Illi quos negotium reddendarum rationum Portorij afficit, hanc Commissarij Nostri nempe Fidelitatis Tuae discussionem introspectionemque negotij istius subterfugissent; tandem Directores Portorij scilicet Nobiles et Spectabiles Gabrielem Schumann -Joannem Fridericum Schumann - et Edvardum Fridericum Conradi, expeditis ad Eos binis Rescriptis Nostris Manu Nostra subscriptis Sigillo Regni munitis, ad Regiam Nostram huc Varsaviam pro eodem effectu reddendae rationis Portorij, primario quidem sub poenis arbitrarijs in eventum renitentiae Eorum, alterno tandem sub mulcta centum millium aureorum Hungaricalium, vocare censuimus, et re ipsa vocavimus. ~ Verum cum sic vocati dicti Directores Portorij hactenus non comparuissent, quanto vero plus in hisce morae insumitur tanto majora Nostri reditus ex Portorio augentur detrimenta; quocirca in animum Nostrum induximus rursus Fidelitati Tuae, Cujus prudentiam in rebus gerendis et dexteritatem perspectam habemus, negotium hoc totum committere; prout quidem tam quoad rationes et reditus Portorij maritimi Gedanensis abrogationemque quorumvis abusuum, si qui in detrimentum Proventus Mensae Nostrae a quopiam introducti fuerint, quam quoad alia puncta seorsivis Literis Instructionis Nostrae Specialis Manu Nostra subscriptis et Fidelitati Tuae sub data Earum infra contenta nempe 15. Mensis et Anni currentis extraditis Sigilloque Regni munitis comprehensa, quae haec

pro

 =pro expressis habere volumus, Authoritate Nostra Re=
gia committimus; requirentes Fidelitatem Tuam Eidemque Au=
thoritate Nostra Regia committentes, et pro Commisso quam
plenissime et efficacissime omni meliori modo jure et forma
habere volentes; quatenus praevijs Innotescentiæ Tuæ Commi=
ssorialis Literis Nobili Magistratui et Ordinibus Civitatis Ge=
danensis de adventu Suo intimandis, ad Civitatem Nostram
Gedanensem condescendas; ibidem in loco qui Fidelitati Suae
commodior videbitur sive in Prætorio Civitatis Nostræ Gedanen=
sis, requisitis ad comparendum coram Se Nobili Magistratu et
Ordinibus Civitatis Gedanensis et Illis omnibus quos aut guber=
natio redituum Portorij Maritimi Gedanensis aut reliqua puncta
seorsivis Literis Instructionis Nostræ praedictæ contenta singul=
latim aut communiter attingunt, Eundem Nobilem Magistra=
tum Gedanensem distincte aut promiscue cum Ordinibus reliquis
Civitatis Gedanensis, aliás secundum exigentiam - naturam -
et circumstantias punctorum memorata Instructione Nostra
comprehensorum; tam omnes conjunctim quam singulos divi=
sim ad responsionem directam et Justificationem plenariam
quoad dicta puncta omnia et singula suo Ordine et consecu=
tive usque ad ultimum discutienda, /: in quo tamen optionem
=plenam alia præ alijs puncta si ita judicaveris assumendi et
=cognoscendi arbitrio Fidelitatis Tuæ relinquimus:/, compellas;
Responsiones et Justificationes connotes - discutias; ubi probati=
onibus super punctis quibuscunque aut Responsionibus et ad
ea Justificationibus per Testes Juratos opus foret, et ad eas Illi
qui Responsiones et Justificationes Suas facturi sunt sese trahe=
rent, eas probationes tum Reprobationes Generosi Plenipoten=
tiarij Nostri adhibeas: puncta omnia et singula saepe dicta
Instructione Nostra seorsiva comprehensa cognoscas - definias -
vel si in aliquo Sensum Tuum ad Nos Judiciaque Nostra referre
necess[...]

necessarium fore duxeris, referas: calculum sive rationes ab his quos in onere earum reddendarum fuisse et esse compereris, etiam sub Juramento Eorum exigas: uno verbo, nihil quidquam ex Illis punctis, quae Fidelitas Tua Literis seorsivè Instructionis Nostrae praecommissa habes, intactum - incognitumve - aut irresolutum - indifinitumve relinquas: appellatione nonnisi a sola definitiva Fidelitatis Tuae Sententia ad Nos Judiciaque Nostra salva manente: eadem vero Appellatione a Sententijs quibusvis interlocutorijs omnino praecisa et remota. - In omnibus autem quacunque occasione punctorum memorata Instructione Nostra seorsiva comprehensorum, etiam accessoriae si emergenter aut dependenter subortae fuerint, plenissimam potestatem de plano procedendi - cognoscendi - et definiendi, non secus ac in ipso quoad quodpiam punctum negotio principali, Fidelitati Tuae tribuimus, tributamque praesentibus de plenitudine potestatis Nostrae Regiae habere volumus. - Factura est praemissa omnia Fidelitas Tua pro Gratia Nostra Officijque Ipsi Commissi debito. - In cujus rei fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Dabantur Varsaviae ut supra. Augustus Rex. Locus Sigilli. -

169.) Rescriptum in forma Instructionis Regiae Vener. Gabrieli Junosza Podoski Referendario Regni ad Portorium maritimum Gedanense designato Commissario datum Varsaviae d. 15. Julij 1761. Anno.

Augustus Tertius etc. - Venerabili Gabrieli Joanni Comiti Junosza Podoski Referendario Regni - Praeposito Cathedrali Cracoviensi - Vice Presidi Camerae Thesauri Nostri - Abbati - Praeposito Commendario Miechoviensi - Equiti Ordinis Aquilae Albae fideliter Nobis dilecto Gratiam Nostram Regiam. - Venerabilis fideliter Nobis dilecte! - Quemadmodum Rescripto Nostro in personam Fidelitatis Tuae de data Ipsius hic Varsaviae die 15. Mensis Julij

Anno

— Anno currenti 1761. directo Manu Nostra subscripto et Sigillo Regni communito Ipsi ex Cancellaria Regni extradito, Eandem Fidelitatem Tuam in verum - indubitatum - plenariaque potestate Ipsi per Majestatem Nostram attributa Commissarium Nostrum in Civitatem Nostram Gedanensem designavimus; et in hoc preallegato Rescripto Nostro ad puncta omnia et singula presentibus Literis Instructionis Nostre inferius suo ordine inserta et contenta rationem fecimus; eaque puncta hic specifice comprehensa ibidem in dicto Rescripto Commissionis Nostre non secus ac pro insertis habere voluimus; ita pariter Authoritatem potestatemque eam quam prememorato Rescripto Nostro Fidelitati Tue commisimus, denuo hisce Literis Nostre Instructionis presentibus pro toties quoties repetita et clausulis quam firmissimis superabundantibusque innovata imo quoque aucta censeri haberique ab omnibus edicimus et jubemus. — Quorum quidem punctorum que de expressa voluntate Nostra et proprio motu Nostro hic inseri mandamus, tenor sequitur ejusmodi. — Primo. Cur tres Directores Portorij /: Phalerni :/ videlicet Nobiles et Spectabiles Gabriel Schumann - Joannes Fridericus Schumann - et Edvardus Fridericus Conradi morem non gesserint duobus Rescriptis Nostris Anni preteriti? id quod est violatio Supreme Authoritatis Nostre - reciproce Sponsionis de Anno 1454. - Privilegij de Portorio de Ao 1585. - et novissime Ordinationis Nostre de Anno 1752. — Secundo. Cur Magistratus ausus sit interdicere Annone et mercium invectionem in Portum sine Nostra concessione, et tollere eandem interdictionem Nobis inscijs? — Tertio. Quo Jure Magistratus ausus sit sub titulo Zulage novum Portorium omnium Mercium que mari advehuntur sine Nostra concessione instituere, imo Sibimet ipsi vindicare? id quod est violatio Privilegij de Anno 1457. — Quarto. — Cur pro mercibus

advectis vectigal Terrestre non solvatur? ~ Quinto.
Cur Magistratus recuset transitum per Portum Nostrum mercibus Mercatorum Subditorum Regni Nostri, qui per hanc repulsam eas per alios Baltici Maris portus transvehere coguntur? ~ Sexto. Quantum nummorum ab ineunte Regni Poloniæ Regimine Nostro in conservationem et reparationem portûs impensum, et ex quo Aerario suppeditatum sit? ~ Septimo. Cur Linum seu pensum veniale Mercatoris Flug Fisco Portorij addictum sit? ~ Octavo. Cur idem non acciderit Mercatoribus Anglicanis Cony et d'Elist? ~ Nono. Cur et quo Jure Incolæ Regni et Ejus Provinciarum frumentum Gedani vendentes cogantur, quoties sexaginta modios (: Last:) venduntur, tres modios gratis superaddere? ~ Decimo. An iidem Incolæ ligna - Cineres - aliasque Merces Gedani venditantes bene et ut decet ibidem excipiantur, nec duriori Gedanensium ratione merces suas aliorsum potius transvehere impellantur? ~ Undecimo. An secundum ultimam Ordinationem Nostram Anni 1752. Praeconsules - Consules adsint et praesideant Examinibus rerum Oeconomicarum Prædia Civitatis propria spectantium? ~ Duodecimo. An et quando Acta sive libri fundorum dicti vulgariter Erbbücher rede tradita sint in Manus Eorum quibus cura illorum memorata Ordinatione Nostra 1752. injuncta est? ~ Decimo tertio. An praedia Civitatis bene administrentur, et an Civitati ex ijs aliquid emolumenti nascatur? ~ Decimoquarto An Collegium Commercij institutum sit? ~ Decimoquinto. An modij - pondus - ulna, et ut brevibus dicatur an Mensuræ et pondera secundum normam aliquam justam et integram stabilita sint? ~ . Decimosexto. An Praefecti Urbis et Propugnaculi Münde dicti Nobis sint praesentati, Nobisque Juramentum Fidelitatis dixerint secundum formulam expressam in Constitutionibus

de An:

 — =de Anno 1570.? ~ Decimoseptimo. An omnes Magistratui addicti jam dudum vel nuperrime electi Juramentum fidelitatis Nobis praestiterint aeque ac Burgrabij Nostri secundum Privilegium de Anno 1457. et Statuta Annorum 1526. et 1570.?~. Decimooctavo. Qua Authoritate Magistratus usus sit principijs quibus par super parem non habet jurisdictionem, et Civis coram Magistratu, Magistratus coram Rege in Jus vocandi sunt?~ Undevigesimo. Qua Auctoritate Civitas jusserit nummos cudere? quo Typo? qua Inscriptione? et quo valore interneri?~ Vigesimo. Quantum argenti in Officinam ejus conflatoriam vulgo Silberschmeltze immissum sit?~ Vicesimo primo. An Civitas quotannis in Recognitionem Dominij Nobis solvat duo millia Aureorum, in specie? ex quibus nummis eos solvat? ~ Vigesimo secundo. Idem examinandum est de quatuor millibus florenorum C. M. solvendorum secundum Privilegium de Anno 1526.?~ Vicesimo Tertio. Quaenam ab ineunte Regno Nostro fuerit redituum Civitatis percepta et expensa? de his et quibusvis Civitatis reditibus -perceptis- et expensis non solum generatim sed etiam in quocunque Aerario, quod Fidelitas Tua examinandum judicaveris, calculum exigas, ad eundem calculum et rationes Secretam sic dictam Ordinum Civitatis deputationem compellas:/~ Vigesimoquarto Quo Jure vel Privilegio Magistratus sit in possessione Prędij Scharpau Oeconomiæ Nostræ addicti?~ Vigesimoquinto. An Magistratus sarta tecta habeat Aedificia Nostra? et quis emolumenta exinde provenientia percipiat?~ Vigesimosexto. An Privilegijs - Rescriptis - Decretis - Statutis - et Sanctionibus Nostris Nostrorumque Praedecessorum satisfactum sit vel non? Fidelitas Tua examines, quis ea exequi recusaverit? atque Reos pro poenis ad Nos remittes.~ Vigesimoseptimo. Cur Abraham Franck in carcerem conjectus

jectus sit? qui si innocens reperitur in libertatem dimittendus sit. ~ Vigesimooctavo. Cur Magistratus et reliqui Ordines Nobis hucusque nondum obtulerint Plebiscitum vulgo Willkühre, ut a Nobis approbaretur - reprobaretur - immutaretur - vel melioraretur? ~. - Itaque requirimus Fidelitatem Tuam - Specialem ut praefertur Commissarium Nostrum, eique mandamus et de plenitudine potestatis Nostrae committimus, ut quae puncta superius huic Speciali Instructioni Nostrae sunt inserta, ea in toto et in qualibet eorum parte cum omnibus eorum emergentijs et quibusvis dependentijs connexionibusque ad eadem puncta sive principaliter sive accessoriè aliàs quomodocunque correlatis omnino et decisive definias - resolvas, finaliterque non secus ac potestate Nostra quam Fidelitati Tuae plenarie - specialiter et omnimode tribuimus cognoscas. ~ Quae ut omnia prudentiae et dexteritati Fidelitatis Tuae committimus, ita Eandem Fidelitatem Tuam nihil intactum aut incognitum irresolutumque relicturam speramus et etiam volumus. - In cujus rei fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Dabantur Varsaviae ut supra. Augustus Rex. L. S.

170.) Literae Civitatum Majorum Prussiae Thorunensis - Elbingensis - et Gedanensis, intuitu Civitatis Graudentinensis ad Judicia Assessorialia per Magnificum Mostowski Palatinum Pomeraniae illegitime Citatae, ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium. Thorunij die 15. Mensis Julij 1761. a. conscriptae. -

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! Ex adjacenti Statu Causae, prout a Civitate Graudentinensi Nobis transmissus est, et juncta Copia Mandati Regij ab Illustrissimo et Excellentissimo Dno Paulo Mostowski Palatino Pomeraniae Civitati Graudentinensi haud ita pridem positi, Illustrissima Excellentia Vestra fusius respicere gratiosissime dignabitur, Civitatem hanc innocenter admodum in Jus vocatam esse: cum salvo Jure Illustris et Magnifici Domini Succamerarij Culmensis,

cujus

— =cujus Mandato Generosus Obrembscius, sine protestatio=
nem quandam inscribendi, nomen Suum ad Acta professus erat.
Requisitio illa ex parte Illustrissimi Excellentissimi Domini Pa=
latini Pomeraniæ juxta formulam conceptam ut et protestatio
Generosi Rembielinski, ceu facultatem illam tollentes et Judi=
cio prajudiciose ad Acta quæ cuivis patere debent haud susci=
pi multo autem minus circa subscriptionem Requisitionis Gene=
rosi Ostrowicki circumstantias temporis et loci absque viola=
tione fidei publicæ et quadam falsi specie omitti poterant; adeo
ut Judicium Civile Graudentinense nihil iniqui vel contra Jus
Illustrissimi et Excellentissimi Domini Palatini Pomeraniæ ege=
rit, sed omnes potius muneris Sui partes prout officium publi=
cum ad servandam fidem et integritatem documentorum publi=
corum obstrictum decet rite et integre adimpleverit. — Quæ cum
ita sint, validissimæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Protectioni,
Civitatem Graudentinensem, Juris quodam vinculo Nobis junctam,
ipso quoque negotio Nos quodammodo concernente, observantis=
sime commendare sustinemus; etiam atque etiam rogantes, quò
Illustrissima Excellentia Vestra, suscepta in Tutelam Civitate
Graudentinensi, Illustrissimo et Excellentissimo Domino Palatino
Pomeraniæ Autor esse velit, ut a Lite coepta desistat; quodsi
autem nolit, causam judicialiter prosecuturus, Civitatem in
Termino ab incompetenti hac actione liberam pronunciare grati=
osissime dignetur. — In quo, sicut nihil petimus nisi quod tene=
rrimo illo quo pollet Illustrissima Excellentia Vestra justitiæ
amore et Sublimi quo Civitates Regias amplectitur Patrocinio
conveniens sit, ita certissime confidimus Illustrissimam Excellen=
tiam Vestram precibus Nostris faventissime locum daturam esse. —
Singularem hanc benevolentiam omni observatione studiorumque
genere nunquam non prosecuturi, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ
prosperrima quævis et valetudinem optimam devota apprecamur.
ment

mente, juxta Jurium et Immunitatum Nostrarum diligentē = commendationem profundo venerationis cultu manentes. Dabantur ut supra etc. - Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad studia et Officia quævis paratissimi Preconsules et Consules Civitatum Majorum Prussiæ Thorunensis - Elbingensis - et Gedanensis. —„—

## Status Causae. ~

Postquam nonnulli Nobiles a Protestatione Kovaleviæ alij a Protestatione Starogardiæ contra Conventus particulares horum locorum interpositis die 31. Martij a. c. ceu in Termino Conventûs Generalis Terrarum Prussiæ coram Actis Civilibus Graudentinensibus recessissent, et Magnificus Jasinski Judicides Dirsaviensis Nomen Suum ad Acta professus esset; eodem die post meridiem Generosi Joannes et Adalbertus Obremscij eadem ad Acta venientes, Ille pro inscribenda quadam nomine Illustris et Magnifici Domini Czapski Succamerarij Culmensis Manifestatione Nomen Suum in Acta retulit, Hic Protestationem de nullitate Comitiolorum Starogardiæ interpositam Actis roborandam exhibuit; de quô certior factus Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Paulus Mostowski Palatinus Pomeraniæ Graudenti tunc temporis præsens, inspecto ipso Actorum volumine ad hospitium Ejusdem honoris gratia transmisso, Requisitionem sese ad Acta traditurum esse significavit, eoque fine Generosum Ostrowicki Nomen Suum in instanti Actis inserere jussit; formula tamen Requisitionis prout concepta erat neque lecta neque ad inspiciendum tradita. ~ Eodem tempore Magnificus Jasinski Subscriptioni Nominis Sui ante aliquot horas in Actis factæ sequentia apposuit verba „ super Oblata Juramenti „Illustris Magnifici Palatini Pomeraniæ" ~ Sequenti demum die Generosus Ostrowicki Notario Civitatis Requisitionis formulā exhibuit: qua inspecta, eandem Actis inserere noluit; sed Generosum Ostrowicki, ut Judicem Civitatis eo nomine adiret, monuit; Prothocollo per Bedellum Judici transmisso. ~ Huic, Generosi Ostrowicki et Jackowski obviam venientes Authores fuerunt, ut Secum

ad hoc

 — ad hospitium Notarij reverteretur; ubi diu multumque Prothocollo evoluto Generosus Ostrowicki Subscriptioni Nominis pridie factæ sequentia subjunxit verba „ super Requisitionem Ma:
„ nifestationis ex spatio per Generosum Orembski subscripto die
„ hodierna in Actu contenta, ratione cujus negotij et contra quē
„ sit eadem Manifestatio." — Quo facto Judicem adeundo fortiter institerunt, ut Requisitio conceptis verbis ad Acta susciperetur. — Judex nihil per Se statuens, Judicium in instanti convocandum curavit. — Secuta igitur Requisitione et Manifestatione eodem tempore a Generoso Rembielinski exhibita, cum Judicium intelligeret, utramque ejus esse tenoris, ut suscepta necessitatem sibi imponeret contra fidem publicam prohibendi, ne spatio illi vacuo per Generosum Orembscium usui Illustris Magnifici Dñi Czapski Succamerarij Culmensis reservato quidquam ex parte Illius inscribatur, imo Jus hoc nemini multominus idem expresse Sibi reservanti denegandum pro nullo et extincto declarandi in suscipienda juxta formam præscriptam Requisitione et Manifestatione morem gerere non potuit: usu autem recepto Requisitionem sese extradituram esse declaravit: et circa Subscriptionem illius, quæ integra ut exprimeretur Generosi Ostrowicki et Jackowski desideraverant, omnem falsi suspicionem curatius evitando pro rei veritate addere voluit, „ultima ejusdē
„verba die prima Aprilis memoratis circumstantijs apposita fuisse," in quolibet Officio Suo perfecte satisfaceret. — Nihilominus Generosi Ostrowicki et Jackowski integritatem hanc pro offensa accipientes adeo indignati sunt, ut discedentes comminarentur Judici Judicioque Mandata posituros. — Judicio a Judice jam dimisso, Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Palatinus Pomeraniæ, vocato ad Se Notario, extraditioni Requisitionis et Manifestationis juxta verba concepta iterum atque iterum institit; sed propter absentiam Judicis Acta asservantis et expositas =
ratio

rationes desiderio huic nec satisfieri nec Transsumptum = Recessûs a Protestationibus hoc die transcribi poterat. ~ Quam moram Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Palatinus aegre ferens, posito non solum Judici et Judicio sed etiam toti Magistratui Graudentinensi Mandato Regio, Graudentó profectus est. — Circa vesperam ejusdem diei Generosi Obrembscij Judicem accedentes, Generosus Joannes Obrembscius inhaerendo Inscriptioni pridie factæ, Manifestationem nomine Nobilitatis Prussiæ de nullitate Conventus Generalis ad Acta exhibuit; quam autem ob interveniens Mandatum suscipere Judicio amplius non licuit. ~" — · ‾" — · ‾" —

Literæ Citationis Regiæ ad Judicia Sacræ Regiæ Majestatis Assessorialia ex parte Illustris Magnifici Domini Pauli Comitis in Ostromęck Mostowski Palatini Pomeraniæ Skarszeviensis Capitanei, et Magnifici Lucæ Thur Venatoris N, atque Generosi Feliciani Ostrowicki, Actorum; contra Nobiles et Spectabiles Praesidem - Proconsulem - Consules Civitatis Graudentinensis ratione infra scriptorum extraditæ. die prima Mensis Aprilis Anno Domini MDCCLXI. ~

Augustus Tertius etc. — Vobis Spectabilibus et Famatis Praesidi - Proconsulibus — Consulibus - Judici - Scabinis - atque Notario Civitatis Nostræ Regiæ Graudentinensis, de Personis - causa infrascripta - bonisque Vestris generaliter omnibus mandamus: = ut in Judicijs Nostris Assessorialibus Regni Varsaviæ seu ibi ubi tunc cum Curia Nostra feliciter constituti fuerimus, a positione praesentis Mandati Nostri recte in quatuor computando Septimanis seu tum dum et quando causa praesens ex Regestro publico et Sibi competenti legitime ad judicandum acclamata et vocata inciderit, personaliter peremptorieque compareatis; ad Instantiam Generosi Instigatoris Regni Nostri Ejusque Delatorum Illris Magnifici Pauli Comitis in Ostromęck Mostowski Palatini Pomeraniæ - Skarszeviensis Capitanei et Magnifici Lucæ Thur Venatoris N. atque Generosi Feliciani Ostrowicki Actorum; qui inhærendo

Manu=

— = Manifestationi Sue citant Vos ideo: = Quia Vos, in Termino per Literas Nostras Universales die videlicet Trigesima prima Mensis Martij Anni currentis Conventui Generali Terrarum Prussiae ad Civitatem Graudentinensem designato, suscepta ad Acta Vestra subscriptione Nominis et Manus propriae Generosi Feliciani Ostrowicki, super Requisitionem utrum aliqua Manifestatio contra Actum inchoati Conventûs Generalis Terrarum Prussiae Actis Vestris illata sit? nec ne?, tum ratione Subscriptionis spatij nudi per Generosum Joannem Obrembski, sine ulla porrecta Copia et informatione de negotio, Copiam ejusdem Requisitionis paratam Judex et Notarius circa subscriptionem Generosi Ostrowicki sibi publice communicatam perlegistis, et in quopiam iti in re justa non difficultastis, ac in spatiû per Generosum Ostrowicki subscriptum inserendum obtulistis; cum vero die sequenti videlicet prima Mensis Aprilis Gnrsus Ostrowicki pro continuanda eadem Requisitione et actis super subscriptum spatium inscribenda ad Acta Vestra advenisset, Vos Eidem Acta denegastis, Copiam paratam Requisitionis inscribere recusastis, tum Manifestationem certam de diligentia Sui per Magnificos et Generosos Officiales et Nobilitatem congregatam ex Palatinatibus Terrarum Prussiae ijsdem Actis inferri affectatam non suscepistis; denique Extractus Recessuum a Manifestationibus per Nobilitatem tam Palatinatus Culmensis quam Pomeraniae ad Acta Vestra susceptorum ex Actis ijsdem rescribere et Requirentibus authentice extradere recusastis; ad extremum in majorem elusionem Vos in locis absconditis abscondistis, ad Acta Vestra accedentibus accessum denegastis, imo Vos invisibiles fecistis; = per quod, non tantum supra scriptos Actus ad Acta suscipi et ex Actis extradi intermisistis, verum Juramentum Illustris Magnifici Palatini Pomeraniae super Cujus Oblatam Mgfcus Antonius =

Jasinski

Jasiński Judicides Terrestris Dirschaviensis spatium = subscripsit, ad Acta eadem Civilia Graudentinensia nullomodo ingrossari potuit. – Quapropter citant vos ad videndum et audiendum = ratione denegationis Actorum, ac non extraditionis Extractuum, elusionisque Nobilitatis congregatæ, poenis puniri; vos tanquam inhabiles susceptionis Transactionum removeri, et pro incapacibus per Sententiam Judicij Nostri declarari, coeteraque pro causae exigentia de Lege et Justitia decerni et sententiari. – Citamini, sitis parituri, terminum attentaturi, et ad præmissa judicialiter responsuri. – Datum in Cancellaria Regni Varsaviæ d. etc. ut supr.

171.) Literæ Civitatis Regiæ Thorunensis ad Illustrissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium directae. –

Illustrissime et Excellentissime Domine Dñe Gratiosissime! –.
Nova publica Varsaviensia inscriptae Relationes Varsavienses, vulgo Wiadomości Uprzywilejowane Warszawskie, quæ apud P.P. Societatis Jesu Varsavienses typis expressa prodeunt, in Supplemento ad numerum vigesimum septimum Anni currentis, Articulum quendam continent; ubi sub titulo Thorunij præmissa quædam, de successu Commissionis investigationeque damnorum a Milite Rutheno Incolis Poloniæ Majoris illatorum occupatæ, notitia perhibetur, ac si Tyrones Saxonici ad ternos grossos triplices ab initio hic loci reducti fuerint, nunc autem plane currentiam non habeant? – unde Nobiles præsertim negotiorum suorum causa hic commorantes magnam sentiant jacturam; ideoque Magistratui valde succenseant, quod receptum monetæ hujus cursum permittere nolit. – Sinistra hæc omnique fundamento destituta ratio cum solius invidiæ et odij Nobis conciliandi gratia conficta esse videtur; hinc famæ et nominis integritati prospicientes, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ debito insinuamus venerationis cultu, monetam istam infra valorem Suum extrinsecum nunquam a Nobis reductam, aut currentiam illius universaliter prohibitam fuisse: quamvis negari non possit Mercatores commercia cum Exteris exercentes in accipienda ista

— = nonnihil difficiles fuisse, ideo quod alijs monetæ speciebus multo inferior est, et in ipsa Civitate Vratislaviensi vili monetæ ibidem currenti comparata sexaginta per centum vilior existimatur. — Proinde libertati Commerciorum, quæ non a Nostro pendent arbitrio, dispositione contraria officere, tanto iniquius existimabamus, quanto certius est futurum fuisse, ut non solum pretia rerum praeter necessitatem augerentur, sed frequentiori etiam invectioni pessimæ Monetæ omnia inundantis daretur locus: siquidem non de genuina Saxonica moneta, sed de spuria illa et adulterina ad speciem duntaxat illius efformata agebatur. — Eventus nunc probat, Nos rationes Nostras recte subduxisse: cum prout adjacens monetæ reductio Posnaniâ Jussu Illustrissimi Comitis Buturlin publicata docet, Tyrfones illi Saxonici nimium quantum infra valorem suum reducti sint. — Quæ cum ita sint, Illustrissimam Excellentiam Vestram profundo quo par est pietatis et observantiæ cultu enixe rogamus; quò pro competente Sibi Authoritate severe interdicere dignetur, ne ejusmodi falsi et incerti rumores per Relationes publicas temere divulgentur, immo falsissime divulgati jussu Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ revocentur. — Id quod Illustrissimam Excellentiam Vestram pro singulari Sua humanitate et æquanimitate gratiosissime facturam esse certissime confidentes, premissa prosperitatis omnigenæ et valetudinis firmissimæ ardenti apprecatione Juriumque Nostrorum commendatione, profundo venerationis cultu manemus. — Dabantur Thorunij d. 15. Julij 1761. A:
Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad Studia et Officia quævis paratissimi. Præconsules et Consules Civitatis Thorunensis mpp. —

Obwiesczenie przez JWJmćpana Grafa Buturlina Monety Rossyyskiey jakowy Kurs mieć powinna w Poznaniu d. 15. Julij Anno 1761. uczynione. ~„ —. ~„ —.

Mosciwi Panowie! Raczcie Waszmość wiedzieć, iż z Dyspozycyi

Jego

Jwo Jmcipana Hrabi Buturlina Kawalera y Feldmarszałka=
Woyska Rossyyskiego Xiąże Jegomość Putatyn Brygadyer y Kommen=
dant Miasta Poznania do wiadomości wszystkich podaje. =
iż zapatrzywszy się na kurs Polskiey monety wewnętrznego sza=
cunku niemającey wcale z dobrą monetą Rossyyską niekorres=
pondującey; więc chcąc koequacyą tey monety uczynić, kurs Ros=
syyskiey monety takowy wszystkim ogłasza się y publikuje. –
Tynfa każdy Rossyyski cztery Szostaki Polskie, szostak szesna=
scie groszy. – Gudyn to jest dwóchzłotowka albo pięć szostakow,
po sześć szostakow groszy ośm. – Złotowka po trzy szostaki y gro=
szy cztery. – Rubel każdy rachuje się siedm Tynfow Ruskiey mo=
nety Tynfami, Szostakami dwadzieścia y jeden teyże monety,
dwuzłotówkami pięcioszostakowemi po cztery y po jednym Szo=
staku. ~. Cena zaś Zboża jest podwyższona po dwa Ruble y
dwadzieścia Kopijek za cwiertnię Rossyyską mąki: za Krupy
Jęczmienne – Tatarczane – Owsiane – Jaglane po trzy Ruble: za
Jęczmień po dwa Ruble. ~ U Kogo tedy z JWW Jmcpanow Zie=
mianow znaydować się będzie gotowe Zboże, uprasza się Jch tera=
znieyszym obwieszczeniem, ażeby raczyli się albo do Xięcia Jmci
Putatyna Brygadyera Kommendanta Miasta Poznania albo
też do Wo Jmcipana Kaspra Łodzi z Zworowa Rogalińskiego
Starosty Obornickiego Kommissarza Generalnego referować: Ci
Jchmość mają dyspozycyą od Wo Jmcpana Feltmarszałka y Summy
na to złożone, iż połowę zaraz tey kwoty którą każdy przeda=
jący na siebie weźmie wypłacać dobrą Rossyyską monetą bę=
dą; druga zaś połowa, jak te Prowianty wystawione będą y do
Magazynu odwiezione, zapłacona od Jchmciow Officyerow w ma=
gazynach zostających na to od Jwo Jmcpana Feldmarszałka po=
stanowionych Jm będzie. – Jeżeliby zaś kto mający Zboże, na Pro=
wiant potrzebującey Armij przystawiać go przeczył, tedy Armija
będzie przymuszona Kommendy na to wysyłać; y sami sobie

potrze

 — = potrzeb swoich szukając exkuzowani bydź powinni. — Jezeliby jakiekolwiek z tey okoliczności pochodziły uszczerbki y przykrości komu, żeby tedy to obwieszczenie tym publicznieysze było, dla tego wszystkim się do wiadomości ogłasza poraz-podrugi-potrzeci.

172.) Literæ Illustrissimi et Excellentissimi Domini Joannis Małachowski Supremi Regni Cancellarij ad = Magistratum Civitatis Thorunensis scriptæ Varsaviae die Vigesima Secunda Julij Anno Dñi 1761o ~

Praenobiles et Spectabiles Domini! Ex Literis Dominationum Vestrarum de die 15. Julij ad Me scriptis, cum Mihi constet tam de dispositione Magnifici de Buturlin Supremi Mareschalci Exercitus Rossici, intuitu Tynfianæ Polonicæ monetæ currentisque Rossicæ Pecuniæ Posnaniæ facta ac voce Preconis publicata, tum quoque de quadam sinistra Novellarum Varsaviensium Typis expressarum Relatione; illico erroneam eandem corrigendam censui, quodam projecto ad hasce solitas Novellas Varsavienses porrigendo per Eosdem Patres Societatis Jesu typis imprimendo; ut pateat non Magistratum Thorunensem cursum Tynfiorum Polonicorum conari diminuere, ast potius Magnificum Comitem de Buturlin cursum pecuniæ Rossicæ ad valorem Tynfiorum dictorum pluris aestimare, et per Publicationem hanc Posnaniæ factam in majus pretium jam actu reduxisse. Maneo itaque constanti animo. - Datt ut supra. - Prenobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum Joannes Małachowski Supremus Regni Cancellarius.

173.) Literæ Monitoriales ad Generosum Przebendowski Vexilliferum Pomeraniæ Tenutarium Villæ Regalis Putkowice in Palatinatu Marieburgensi pro Colonis ejusdem Villæ d. 22. Julij 1761. Var. expditæ

Augustus Tertius etc. - Generoso Josepho Przebendowski Vexillifero Pomeraniæ Tenutario Villæ Nostræ Regalis Putkowice in Palatinatu Marieburgensi sitæ, fideliter Nobis dilecto Gratiam

Nost.

Nostram Regiam. - Generose fideliter Nobis dilecte! ~
Relatum Nobis est per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes nomine et pro parte Honestorum Colonorum dictae villæ Putkowice. - Qualiter Illi, impetratis a Nobis Literis Protectionalibus et Salvi Conductus ad jure agendum tum a vi et potentia, Actionem Fidelitati Tuæ ad Judicia Nostra Assessorialia Regni ratione Suarum praetensionum et acsi in exactione censuum ultra obloquentiam Contractus Emphiteutici per Officiales Curienses Fidelitatis Tuæ graventur instituerint. - Qua stante Litis pendentia Judiciorum Nostrorum, iterum super Executione militari ad domos Eorum pro eademmet exactione percipienda nuper ad eos immissa, ex qua damna pati ac e Suis Laribus dispergi debuerint, querulentur. - Supplicatum Nobis est, ut Fidelitatem Vestram super præmissis admonere, et ne ad ulteriora procedat requirere dignaremur. - Cui Supplicationi uti justæ Nos benigne annuentes, Fidelitatem Vestram ne amplius quidquam violenti contra dictos Colonos Putkovienses, utpote Literis Protectionis Nostræ Regiæ et salvi Conductus munitos, Stanteque Litis pendentia, per Se sive Suos Officiales attentet, sub rigore Legum Regni admonendam et requirendam esse duximus; prout admonemus et requirimus per praesentes: Eosdemque Colonos Putkovienses una cum Eorum Uxoribus ac familia domestica (: quorum nomina et cognomina hic pro expressis habere volumus :) circa Literas Nostras Protectionales et Salvi Conductus usque ad finalem causæ prædictæ in Judicijs Nostris ex Inscriptione Ejus ad Regestrum Judiciale facta dependentis, cum omni securitate bonorum et Personarum Illorum conservamus et manutenemus. Factura est premissa Fidelitas Vestra pro Gratia Nostra, ac sub poenis contra Convulsores Literarum Nostrarum ac Litis pendentiæ Judiciorum Nostrorum in Legibus Regni rigorose descriptis.
In quorum

 — = In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Dat. ut sup. Augustus Rex L. Sigil.

174.) Literæ Nobilis ac Spectabilis Magistratus Civitatis Gedanensis ad Illustrissimum et Excellentissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium scriptæ Gedani die 24. Mensis Julij Anno Domini 1761. ~

Illustrissime et Excellentissime Domine! Nondum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Scriptum Nostrum pro Zulaga miseramus precibus additis, ut apud Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum Sua Authoritate Nobis adesset, ne quod Juribus Nostris adversum de eadem Zulaga decerneretur; cum rumor incederet Illustrissimam Excellentiam Vestram partem exercitus suppeditaturam; ut quod Jure in Zulagam non liceret, metu et vi perageretur. — Nos tum ejusmodi rumorem tanquam inanem despiciebamus, quod Illustrissimæ Excellentiae Vestræ Aequitas et in Civitatem hanc benevolentia ex documentis pluribus ita perspecta esset, ut nobis non persuaderemus posse fieri, ut Nos et quidem sine omni Nostra culpa in publicorum hostium numero haberet qui armis compescendi essent. — Neque ignorabamus sanctius ab Illustrissima Excellentia Vestra Regni Leges coli, quam ut contra eas in Nos et bona Nostra partem Exercitus mitteret: cum Leges illæ Exercitum ad reprimendos externorum et internorum hostium impetus et ad luendos Regni fines adhiberi jubeant: Incolis Regni vero et Lithvaniæ damna inferre, et ad occupanda Eorum bona Militare Auxilium subministrare vetent, militibus a Duce criminaliter puniendis si absque Ejus Imperio occupandis bonis Se adhibere ausi fuerint. — Quoniam vero rumor ille in dies magis et magis se diffundit ac ad Nos certioribus jam nuntijs defertur, esse constitutum; Civitatem ad male de bonis sentientium arbitrium, bonis Ejus occupandis militum manu subigere, neque Illustrissimam Excellentiam Vestram difficilem Se præbuisse; lectis utriusque Authoramenti in Expeditione

milit

militibus, et qui Ipsis præsit nominato; subit metus Civitatis Ordines, ne fiat quod factum iri nuper non crediderunt. — Idque dum anxij expectant, demissis Suis precibus Illustrissimam Excellentiam Vestram adeunt, ut pro Suo in Leges amore, Militem quem in Civitatem Civitatisque bona destinavit, ijs locis quibus in præsens degit, se continere imperet, ne in Expeditionem adversus Cives moveat; cujus exitus qualiscunque fuerit, semper tristis, ac Iis qui superiores habiti parum honorificus est: male etiam Civitati gratia referetur, si ab ijs Militibus in quorum Stipendium singulis annis septuaginta octo florenorum bonæ monetae a Civibus et Colonis conferenda expenduntur vim pateretur, et in media pace belli incommoda sentiret. ~ Confidunt ergo Ordines, Illustrissimam Excellentiam Vestram pro Sua insigni in Civitatem benevolentia ac animi æquitate demissis Ipsorum precibus locum daturam, ac Eos omni sollicitudine ac timore benignissime exempturam esse. — Nos vicissim cum Ordinibus reliquis, novum hoc idque illustre in universam Civitatem Ejusque bona meritum, gratiosissimo animo omni tempore prosequamur; Denique orare non cessabimus, ut Illustrissimam Excellentiam Vestram quam diutissime et Superstitem esse et omni felicitatis genere florere jubeat. — Dabantur ut supra etc. Ad Officia paratissimi Præconsules et Consules Civitatis Gedanensis. ~" —" ~" —. ~.

175.) Literæ Responsoriæ ad praecedentes Literas ab Illustrissimo et Excellentissimo Domino Supremo Regni Cancellario ad Magistratum Civitatis Gedanensis directae, Varsaviâ die 2. Mensis Augusti Anno Domini 1761. ~

Praenobiles et Spectabiles Domini! Binas Literas Praenobilium Dominationum Vestrarum, una cum Scripto Typis expresso annexo prioribus summa perlegi attentione. ~ Vidi ex ijs non sine animi commotione eandem continuo versari litem et controversiam ratione Jurium Regiæ Majestatis et Privilegiorum Civitatis Vestræ

ex Jule

 — ex Zulaga exortis; quæ tantis jam rumoribus præbuerunt locum, ut exinde majores adhuc timendi sint animorum motus. — Mei Officij non est contestationem hanc examinare aut causae explicare rationem: quantum quidem judicio Meo assequi possum, modum conciliandi animos, difficultatesque cura ac prudentia Ordinum Civitatis superandi, salutare et honorificum esse censeo et arbitror. — Perspectum enim atque exploratum habemus, Regiæ Suæ Majestatis a natura ingenitum Justitiæ ac tranquillitatis amorem; de cujus effectu minime dubitandum est, si ex parte Vestra tota mente omnique conatu egeritis id quod æquitatis devotionisque ratio Optimo Regi debita exposcit ac postulat. — Interim Ego mea interponere Officia non prætermittam: ut in tractando componendoque hoc negotio juxta Legum normam ac Juris et aequitatis Regulas omnis adhibeatur facilitas. — Prespiciens præterea ante jam Mihi cognitam mentis Vestræ rectitudinem ac pacis studium, non dubitandum duco, quin hæc causa prudentibus Consilijs Vestris directa feliciter sit cessura; quodque nullum datum sitis locum, auxilium militare non tantum contra hostes Patriæ sed etiam ad manutenendam Justitiam et internam tranquillitatem destinatum subministrandi. — His expressis, vos Prænobiles et Spectatissimos Dominos Amicos honorandos Tutelæ Divinæ commendo, et cum amicissima propensione permaneo Prænobilium ac Spectabilium Dominationum Vestrarū Faventissimus Joannes Małachowski Supremus Regni Cancel[ius]

176.) Promemoria od Jaśnie Wielmożnego Jmćpana de Wojeykow Dworu Rossyyskiego Ministra Jw. Jmpn. Kanclerzowi W. K. podane w Warszawie d. 16. Julij 1761. Roku.

Już to nie pojedynkrotnie niżey podpisany Dworu Rossyyskiego Pełnomocny Minister przekładał Dworowi JEgo Królewskiey Mości y Jaśnie Wielmożnym Jmciom Panom Ministrom Koronnym y Wielkiego Xięstwa Litewskiego mocne Skargi na Jchmciow Xięży Dominikanow Missyonarzow y Xiędza Plebana Mohylowskiego; którzy nieznośne

gonitwy - krzywdy - y oppressye Ludziom Greko-Ruskim w Dye- 355.
cezyi Białoruskiey różnemi czasy poczynili; upraszaiąc przy tym
o należytą z onych Satysfakcyą, y o prowidowanie wszelkiego dla
Religiy Greko-Ruskiey w Państwie Rzeczypospolitey bespieczeń-
stwa: jednak te wszystkie tak mocne y żywe Remonstracye
bynaymnieyszey poprawy dotychczas niesprawiły, y owszem coraz
gorsze persekucye - przyniewolania do Uniy czynić nieprzestaią. -
Niedość że po innych na Białeyrusi Miastach - Wsiach Ciż XX.
Dominikanie niewypowiedziane gwałty - uciemiężenia Ludziom Gre-
ko-Ruskim poczynili, na których już y w teraźnieyszym Roku kil-
ka razy niżey podpisany uskarżał się, ale dopiero y w Samym Mo-
hylowie wraz z Xiędzem Plebanem Mohylowskim schwyciwszy jed-
ną Pannę w Religiy Greko-Ruskiey zostaiącą niemiłosiernie mę-
czyli - pierwey rózgami potym cierniem bili - a nakoniec y rospa-
lonym Żelazem straszyli - y do przyjęcia Uniy przyniewalali, któ-
ra jednak choć całe zmęczona zadość Ich woli uczynić niechcia-
ła, y z Rąk Ich wyrwawszy się z drugiemi Osobami równe przesla-
dowanie cierpiącemi Rekurs do JmcXiędza Biskupa Mohylowskgo
uczyniła: y lubo JmcXiądz Mohylowski starał się ile możności
Onych od takowych persekucyy zasczycić, jednak z Tey JmcXiędza
Biskupa Gorliwości wspomnieni XX. Dominikanie y Xiądz Pleban
Mohylowski gorzey się wrągaią - szydzą - y pośmiewisko wyrządzaią.
=Z tych tedy okoliczności insi JchmćPanowie Possessorowie y Oby-
watele Polscy biorąc przykład, że JchmćXięża Missyonarże y Xiądz
Pleban Mohylowski za tak wielkie zuchwałości y dzieiącesię z
Religiy Greko-Rossyyskiey Ludźmi Żelżywości, żadney od Zwierzchności Swo-
jey niemaią nagany, równie y z swojey Strony coraz do zupełne-
go wykorzenia Religiy Greko-Ruskiey z Państwa Rzeczypospolitey
usiłuią, odbieraniem Cerkwi Greko-Ruskiey na Uniią, - y przymu-
szaniem Parafian - także biciem y wyzuciem fortuny, do przyjęcia
Uniy: jakoto w przeszłym 1760. Roku Jeymość Pani z Sapiehow
Jłło

— =Wojewodzina Mscisławska odebrawszy gwałtownie Cerkiew Greko-Ruską Preczyską – Dąbrowieńską na Uniją, kazała Unija: cką w Miasteczku Ładow erygować, y wszystkich Parafian po Wsiach mieszkających do Oney przyniewolić. ~ Roku zaś teraz: nieyszego 1761. JmćPan Jwanowski Starosta Miński Possessor Mia steczka Kostiukowicz sytuowanego w Województwie Mscisławskim, także w Tym Miasteczku Kostiukowiczach, odebrawszy na Uniją zbroyną siłą Cerkiew Wielką Greko-Ruską Podwyższenia S. Krzyża, Parafianow wszystkich których było ze trzysta Domow do Unij przy: niewolił, pieniędzy Cerkiewnych w gotowiznie na 1050. Rubli za: brał, z Ruchomości Xiędza Protopopę Teyże Cerkwi na 700. rubli pograbił, Żonę y dzieci Jego z Domu wypędził, a Sam Xiądz Proto: popa z okazyi pogróżek zaboystwem na Życie Jego do JmćiXiędza Biskupa Mohylewskiego uciekł. ~ Z tey tedy racyi y inni Greko-Ruscy Duchowni y Swieccy w wielkim zamieszaniu-bojaźni y niebespieczeństwie zostając, y niektórzy zawczasu zostawiwszy Domy Swoje y ruchomości unikając równego nieszczęścia porozbie: gali się y po innych Miastach lub Wsiach ukrywać się przymuszeni.

=A że takowe procedery, nietylko to co Rzeczpospolita Wiecz: nym obwarowała Traktatem y tylo expost prawámi wywracają, a tym samym do zupełnego z czasem wykorzenienia Greko-Ruskiey z Państwa Rzeczypospolitey zmierzają, o czym już y Nayjaśniey: sza Monarchini niżey podpisanego z wielkim nieukontentowaniem jest informowana; więc z wyraźnego Jey Roskazu, niżey podpisa: ny Dworu Rossyyskiego Pełnomocny Minister w nieprzytomności tu JchmćPanow Ministrow Wielkiego Xięstwa Litewskiego, ma: honor ponowić jako nayusilnieysze Remonstracye y prozby Jw: JmćiPanu Kanclerzowi W. Kor., ażeby ten Religij Interess znowu był na drogi Traktatu wykierowany, y te Cerkwie bez zwłoki czasu y dalszego zatrudnienia nazad były Greko-Ruskim przywrócone; na Tych zaś którzy tak niegodziwie Greko-Ruskich Ludzi do Unij

przy:

przymuszają, należyta kara a ukrzywdzonym Satysfakcya= nastąpić mogła. ~ Nakoniec, jeżeli w Interessie Religij Greko-Ruskiey spodziewać się można jakowego na potym polepszenia, y coby miał w tym punkcie Nayjaśnieyszey Monarchini Swojey donieść? niżey podpisany. z Wyraźnego Ordynansu gorąco uprasza Jaśnie Wielmożnego Jmćpana Kanclerza W. Koron: o nieodwłoczną na piśmie Remonstracyą. Dan jako wyż. J. de Woyeykow. -

177.) List Jw: Jmćxiędza Michała Zieńkowicza Biskupa Wileńskiego do Jw: Jmćpana Kanclerza W. Koronnego. die 26. Julij Anno Domini 1761. z Wilna adressowany. —

Monseigneur! Mam honor z wszelkim Respektem odbierać List Jw: wmćpana z przyłączoną Kopiją Memoryału Jmćpana Ministra Pełnomocnego Dworu Rossyyskiego; na punkta którego Memoryału, ile zemnie requiritur, tę daję Rezolucyą. - Zwykli u Nas non Uniti więcey się skarżyć niżeli dowodzić Realitatem Skarg Swoich, w których naybardziey udaniem rzeczy pracują: jako y teraz oskarżają XX. Dominikanow Missyonarżow; a zapewne nic im niedowodzą, chyba że są gorliwi Kapłani, y Naukami Swemi bez gwałtu nawracają; co niemoże poczytać się za występek zwłaszcza w Tym Państwie w którym dominans Religio Catholica niesprzyganne ma Swoje wolności. - Ci Xięża Missyonarże jako Zakonnicy zasczycają się Swojemi Exempcyami, na które następować niemogę. - A Swieckie Osoby co czynią w Dobrach Swoich jako wolni Panowie, w tym do Moiey Jurysdykcyi nienależą. - Jak tedy rzeczonym XX. Missyonarżom, którym zadają jakoweś Excessa, jakoteż Jw. Jeymość Panią Sapieżynę Wojewodzinę Mscisławską, y Jmć Pana Starostę Mińskiego, że Cerkwie non Unitom odbierają, y o inne wszelkie które czynią przykrosci, niech zapozwą do Sądu należącego prawem opisanego. - Co zaś mają do Jmćxiędza Plebana Mohylowskiego? względem tego już reposui, żeby także zapozwali do Konsystorza Mego: gdyż na samę tylko delacyą sądzić

Go

 – Go niepodobna: za pozwem zaś będzie naznaczona Inkwizycya: y potym nastąpi Iudicatum z niezawodną Satysfakcyą Stronie skarżącey się, gdy się co na oskarżonym dowiedzie. Zostaję zatym z zupełną y nieustanną weneracyą JWWMP. Dob. Nayniż. Słu. Mich. Zienkowicz Bis. Wil. –

178.) List JOXcia JMci Michała Czartoryyskiego Kanclerza WWKgo Xstwa Litewskiego do JW. JMcPana Kanclerza Wielkiego Koronnego z Wołczyna d. 4. Augusti 1761. A. ordynowany. –

Monseigneur! Na podany od JMcPana Woyeykowa Posła Rossyyskiego JWWMcPanu Dobrodzieiowi sub data 16. Julij memoryał? to Zdanie Moje które anterius wyrażałem, y teraz wyrażam: że Dysunici w Państwach Rzeczypospolitey mieszkający y Duchowieństwo Ich wielki popełniają błąd y grzech przeciwko JEgo Królewskiey Mości y Rzeczypospolitey oraz y Zwierzchności Tego Państwa w którym mieszkają, że w Skargach y krzywdach Swoich nieczynią Rekursu directe do Własnego Pana, ale się udaią do Dworu Rossyyskiego; a z tamtąd dopiero Postom Tego Dworu bywa insinuatum, aby o to podawali Memoryały w rzeczach często z prawdą niezgadzaiących się, często nadto exagerowanych, jako Im Quaerulantes odmaluią. – Jednakże pisałem już dawno do JMcXiędza Prowincyała Dominikańskiego z Remonstracyami, aby X. Obłoczyńskiego Missyonarza y Socyuszow JEgo wstrzymał od czynienia jakich Inkonweniencyy: pisałem także y do JX. Proboscza Mohylowskiego. – A gdy y JWWMcPan Dobrodziey odezwałeś się także z okoliczności tych Skarg do JMcXiędza Biskupa Wileńskiego; rozumiem że będziesz mieć w tey mierze od Niego Rezolucyą. – JMcPan Podskarbi Litewski wydaje już Uniwersały Swoje Zagraniczną Monetę redukujące: co JMcPan Podskarbi Wielki Koronny naśladować przyrzekł. – Inter certissima chciey to JWWMcPan policzać że in infinito Nexu et Cultu jestem JWWMPana Dobr. całe Życzliwy y Nayniższy Sługa. Michał Xiąże Czartoryyski Kanclerz Wielkiego Xięstwa Litewskiego mp. –

179.) Rescriptum Sacrae Regiae Majestatis ad Generosos Morżkowski Tenutarium Barsciciensem et Gordon Judicem Czerniechoviensem, quatenus fundum in quo extabat

hort

hortus Venerabilis Capituli Cathedralis Cracoviensis ad mentem Donationis Magnifici olim de Dambro Palatini Sandomiriensis Eidem Venerabili Capitulo Cathedrali Cracoviensi restitui faciant, Varsaviæ die vigesima prima Augusti Anno 1761. Expeditum. —

Augustus Tertius etc. — Generosis Morzkowski Tenutario Barciciensi et Petro Gordon Judici Czerniechoviensi fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. — Generosi fideliter Nobis dilecti! — Expositum Nobis est per certos Consiliarios Lateri Nostro assidentes: qualiter Venerabile Capitulum Cathedrale Cracoviense hortum quendam ab antiquo ad Lapideam Suam spectantem, juxta Portam qua ex Civitate Cracoviensi Casimiriam itur et juxta fluvium Radava dictum situm, muroque Civili contiguum, nullis censibus et exactionibus Ordinarijs et Extraordinarijs obnoxium, adhuc sub data Cracoviæ Feria secunda in crastino Dominicæ Reminiscere Anno Domini 1547. a Magnifico olim de Dambro Palatino Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi habens donationem ac Rescripto Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis Poloniæ Praedecessoris Nostri de data Ejus Vilnæ die 13. Mensis Octobris Anno Domini 1552. assecuratam, in cujus pacifica Possessione usque ad Annum 1706. extitit, nunc primum Regnante Serenissimo Augusto II. Parente Nostro desideratissimo eadem Lapidea et murus suprafatum hortum circumcingens diruti extiterunt. — Et dum non ita pridem Idem Venerabile Capitulum Cathedrale Cracoviense muros præfatos reædificare coeperat, hinc nomine magnæ procurationis Arcis Nostræ Cracoviensis . . . . . Nos hujusmodi Supplicationi tanquam justæ benigne annuentes, Fidelitatibus Vestris, de quorū prudentia ac in rebus gerendis Experientia optime persuasi sumus, id negotium committendum esse duximus; committimusque presentibus: quatenus Fidelitates Vestræ captato tempore, ad fundum ubi antiquitus mentionati Capituli extabat hortus condescendant, vocatisque ad præsentiam Sui partibus, neutri partium favendo sed solum

DEus

 – DEum et Justitiam Ejus Sanctam præ oculis habendo, fundum, qui? et quantus? ad mentem supra narratæ Donationis per Magnificum olim de Dąmbro Palatinum Sandomiriensem et Capitaneum Cracoviensem extare deberet /: absque tamen damno sumptus Possessoris Aedificij sive Domunculæ :/ prætacto V. Capitulo Cathedrali Cracoviensi restitui curent, et in Realem Possessionem tradi demandent pro gratia Nostra et Officiorum Suorum debito. – In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. – Datum Varsaviæ etc. ut supra. – Augustus Rex. Locus Sigilli. –

180.) Promemoria przez Jaśnie Wielmożnego JmćPana Kanclerza Wielkiego Koronnego Jaśnie Wielmożnemu JmćPanu de Woyeykow Pełnomocnemu Ministrowi Rossyyskiemu podane dnia 23. Augusti Roku 1761. w Warszawie. –

Ponieważ Zagraniczna Moneta Imie Tynfow mająca y Wyobrażenie Twarzy JEgo Królewskiey Mosci Pana Mego Miłosciwego y Herbow Korony Polskiey y Wielkiego Xięstwa Litewskiego, a w istocie swojey walor bardzo mały trzymająca, wszystkie niszczyła prowenta Obywatelow, y do ostatniey ruiny wszelkie z postronnemi prowadziła Commercia; więc Jchmć Panowie Podskarbiowie Koronny y Wielkiego Xięstwa Litewskiego musieli przystąpić do Redukcyi tey fałszywey Monety, choć z oczywistą szkodą y znaczną: aby na potym zabieżeć ostatniey y niepowetowaney ruinie Kraju. – A zatym JmćPan Kanclerz W. Koronny uprasza JW. JmćPana de Woyeykow Posła Extraordynaryynego Dworu Rossyyskiego, aby chciał remonstrować Dworowi Swemu, że dla utrzymania dobrey między Obywatelami harmonij Państw tak Polskich y Wielkiego Xięstwa Litewskiego jako y z drugiey Strony Pruskich we Władzy Rossyyskiey Monarchini będących, podobna Monecie która biją w Królewcu dana bydź mogła cena: przez co y handel obydwóch Państw będzie mocnieyszy y żadney podlegać niemoże Alteracyi. – Dan jako wyżey etc. – Jan Małachowski Kanclerz Wielki Koronny. mp.

181.)

181.) Literæ Magistratus Civitatis Gedanensis ad Illustrissimum et Excellentissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium Scriptæ Gedani d. 12. Augusti 1761. Anno. –

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! ~

Declaratus iterum Regius Commissarius Dominus Referendarius Regni Podoski, octava Augusti huc venit; Cujus Literæ Innotescentiales pridie quam adesset Nobis exhibitæ sunt, Judicia – et alia nuntiantes Nobis acerba et Juribus Nostris funesta. – Ipse declaratus Dominus Commissarius, eodem quo advenerat die Regium Rescriptum reddi Nobis curavit. – Ad quod, Sacræ Regiæ Majestati Dño Nostro Clementissimo ex Sententia omnium Ordinum ea submississime exposuimus, quæ Jura et Officij Nostri ratio jubent; obsecravimusque, ut declaratum Dominum Commissarium revocare Clementissime dignaretur; antequam decerneret, quæ præstare Jura et ipsa Civitatis salus vetant. – Hoc Literæ ad Sacram Regiam Majestatem potissimum continent: quarum Summam ut Sacræ Regiæ Majestati Illustrissima Excellentia Vestra referre, precibus Nostris Sua Authoritate benignissime subvenire, ac Paternum Sacræ Regiæ Majestatis animum Toti Civitati Nobisque conciliare velit, demisse et reverenter oramus. – Etenim si quando alias, nunc certe præsidio Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ maxime opus est, quando frequentes de indignatione Regia ad Nos referuntur Nuntij, et famâ Literisque accepimus missum iri ad Nos, etiamsi id contra Leges, exercitus Regni partem; ut vi subigamur, si minis cedere nolumus. – Nos ut Ordines reliqui DEo confisi Jura Nostra a Majoribus per manus tradita tuebimur: Principis Clementiam implorare non cessabimus, et Amicos ut Suis precibus Se interponant rogabimus: interea justam Nostram quamvis afflictam causam Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Patrocinio iterum iterumque demisse commendamus, oramusque, ne ex Cancellaria Rescripta Juribus contraria prodeant quale fuit ultimum. – Coeterum DEum precamur, ut quidquid

Illust:

 — Illustrissima Excellentia Vestra Nobis prestiterit, tum coetera omnia bene et ex animi sententia succedere jubeat. — Daban Gedani etc. — Illustrissimæ Excellentiæ vestræ ad Officia paratissimi. Proconsules et Consules Civitatis Gedanensis. ~. —. ~. —

182.) Responsum Illustrissimi Supremi Regni Cancellarij ad Literas præcedentes Magistratui Gedanensi Varsaviæ die 24. Augusti Anno 1761. datum. —

Nobiles ac Spectabiles Domini! Recepi Literas Dominationum Vestrarum Die 12. Augusti, quibus calamitosum Civitatis accusant Statum, una cum Literis ad Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum. — In presentatione quarum, duxi congruum imponere moram, ne variæ expressiones aliæque circumstantiæ magis irritent Cor Principis. — Quoniam vero Dominationes Vestræ in Literis ad Me directis implorant Officia Mea, ut possim aversum a Civitate Animum Regium conciliare; Ego erga Civitatem Gedanensem propenso semper animo cupio informari a Dominationibus Vestris, quibus medijs uti possim hoc in negotio? — Serenissimus Rex frustratum in Proventibus Se sentit, et recedere ab illis non vult! Qualiter autem gestum sit ab his, qui curam habuerunt rei hujus? ignoro. — Quo citius Dominationes Vestræ Me capaciorem in tractando reddent, eo promptius Civitati huic inserviendi habiliorem. — Interim solita propensione maneo. — Datt. Varsaviæ ut supra etc. Nobilium Dominationum Vestrarum favientissimus. — Joannes Małachowski Supremus Regni Cancellarius.

183.) List JEgo Królewskiey Mosci do Wo Fleminga Podskarbiego Wielkiego Wo Xstwa Litewskiego in negotio Redukcyi Monety pisany w Warszawie dnia 24. Sierpnia Roku Pańskiego MDCCLXI: ~. —

August Trzeci etc. — Wielmożny uprzeymie Nam miły! Przyznajemy że Uprzeymość Wasza chwalebnie sekundując publiczne Kraju Żądze, uczyniłeś fałszywey monety Tynfow-Szostakow-

y inney

y inney Redukcya: zabiegając, gdyby to było dalszym zosta=
wiono czasom ostatniey Obywatelow Ruinie. – Że jednak W. Xstwo
Litewskie scistym koequacyi prawa z Koroną złączone jest węzłem,
życzylibyśmy aby et in Regulamine tey Redukcyi Uprzeymość Wa=
sza Swoje w tey mierze regulował Uniwersały, aby difformitas
tey Redukcyi między Obywatelami Koronnemi y Wielkiego Xięs=
twa Litewskiego niewzniecała trudności, któraby handlującym
była przeszkodą. – O co też roskazaliśmy Wielmożnemu Kancle=
rzowi Wielkiemu Koronnemu uczynić y Posłowi Rossyyskiemu
Remonstracye, aby y w Królewcu cena Monety mogła dla utrzy
mania Commerciorum konformować się do Naszey. – Uczynisz to
Uprzeymość Wasza dla Naszey Satysfakcyi widzenia porządku
równego w Kraju, a przez to pomnożysz Sobie publiczną Osoby
Swojey Estymacyą: Któremu od Pana Boga wszego życzemy do=
bra. – Datt. ut supra. – Augustus Rex. Locus Sigilli. –

184.) List Jego Królewskiey Mości do Wielmożnych Jchmćpanow
Hetmanow Wielkiego y Polnego, Kanclerża Wielkiego –
Marszałka Podskarbiego Wielkich Litewskich z Warsza=
wy die 25. Augusti Anno 1761. expedyowany. ~" –

August Trzeci etc. – Wielmożny uprzeymie Nam miły! Wierżyć te=
mu niepowinniśmy, żeby w Równości Urodzony przeciwko drugiemu
złośliwym swoim podeptawszy prawa chciał dogadzać żądzom, bio=
rąc z Nas przykład, że dając Kurs zwyczayney Sprawiedliwości Zwie=
rzchność Królewską w samych Łaskawych ku Poddanym Naszym =
mieszczemy Sentymentach. – Że zaś Urodzony Morykoni Starosta
Pomorski zaniósł do Nas Skargę, że bespieczeństwa życia y fortuny
nieznayduje y w domu Spokoyności; pisaliśmy już w tey okoliczności
do Wielmożnych Hetmanow Wielkiego Xięstwa Litewskiego y do Uro=
dzonego Marszałka Trybunału Głownego Wielkiego Xięstwa Litews.,
aby przyzwoitą według praw Urodzonego Morykoniego zastaniali ma=
nutencyą. – Będzie to Nam miło, że y Uprzeymość Wasza chęcią
Swoją zadawniałe do wszego dobra wstrzymasz zawziętosci, jakieby
mogły ztąd wypaść na Osobę Urodzonego Morykoniego: a przez to

wszelle

 — =wszelką, Jemu y całemu Krajowi pokażesz do spokoyności wewnętrzney drogę. — Dobrego zatym od Pana Boga życzemy Zdro=wia. — Dan jako wyżey. — Augustus Rex. Locus Sigilli. —

185.) Literæ Illmi ac Exclmi Dni Supremi Regni Can=cellarij ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Gedanensem Varsaviæ d. 26. Augusti 1761. a. scriptæ.

Prænobiles ac Spectabiles Domini! Ex Literis ultimarie scri=ptis cognoverunt Dominationes Vestræ propensum erga Civitatē Gedanensem Animum Meum: ex quo quæro media, ut ærumnis, quas sibi Dominationes Vestræ inferunt, imponatur finis. – Quo=niam vero Generosus Dominus de Aloij Residens Serenissimi Ducis Curlandiæ ad aliqua Dantisci negotia Sua peragenda pro=ficiscitur; petij, quatenus possit esse Interpres mentis Meæ. — Impossibile enim ut omnia Literis tractentur: plus negociationis dat una hora per Sermones mutuos et Responsa, quantum centū Literæ. – Informavi Generosum Dominum de Aloij de statu rerum. Omnia possibilia arripiam: quæ sunt impossibilia, et Dominatio=nes vestræ pensatis rationibus reijcient. — Quoad Me, non aliud quæro nisi tranquillitatem Civitatis et Meam insimul, fausta=que omnia. — Turbida compescui: sed piscaturam in illis non quæ=sivi. – Iterato igitur rogo Dominationes vestras, ut favorabilem aurem dent Generoso Domino de Aloij Residenti Serenissimi Du=cis Curlandiæ; quatenus Me informet et reddat habilem ad de=monstrandum quod semper propensa mente maneo. Dat ut supr. Prænobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum faventi=ssimus. – Joannes Małachowski Supremus Regni Cancellarius.

186.) Literæ Civitatis Regiæ Gedanensis ad Serenissi=mum Augustum Tertium Regem Poloniarum scri=ptæ in negotio Portorij Civitatis Gedanensis die vigesima Septima Augusti Anno 1761. ~. –

Serenissime ac Potentissime Rex Domine Domine Clementissime! In Sacræ Regiæ Majestatis vestræ Rescripto in forma Mandati ex Cancellaria

ex Cancellaria Regni Majore die XV. Julij Anni præsentis
ad Nos et reliquos Civitatis Ordines dato, quodque Venerabilis Ga=
briel Joannes Comes Junosza Podoski Referendarius Regni Praepo=
situs Cathedralis Cracoviensis - Vice præses Cameræ Thesauri
Regij - Abbas - Præpositus Commendatarius Miechoviensis - E=
ques Ordinis Aquilæ Albæ eadem qua advenerat die nempe
octava Augusti Nobis reddi curavit, incusamur Nos et Eos
qui administrationi Portorij præpositi, Ejusdem Venerabilis Co=
mitis Podoski superiore Anno tanquam Commissarij Regij ad
hanc Civitatem pro exigendis rationibus redituum Portorij Ab=
legati Introspectionem discussionemque redituum subterfugisse;
Directores Portorij Nobiles et Spectabiles Gabrielem Schuman - Jo=
annem Fridericum Schuman - et Edvardum Fridericum Conradi
duobus Rescriptis priore sub poenis arbitrarijs posteriore sub
multa centum millium Aureorum Hungaricalium ad Aulam
vocatos non comparuisse. - Quocirca Sacra Regia Majestas Ve=
stra Nobis ad indubitatam deducit notitiam, Se dictum Vene=
rabilem Comitem Podoski in Commissarium Suum ad effectum Exac=
tionis rationum reditus Sui e Portorio maritimo Gedanensi desi=
gnasse, Ipsique Introspectionem tam quoad præmissa quam quoad
alia puncta omnia distinctis Literis Suæ Instructionis compre=
hensa commisisse et in commissis dedisse. - Præterea Sacra Re=
gia Majestas Vestra mandat et distincte præcipit, quatenus co=
ram Eodem Suo Commissario Speciali pro Termino per Eum
intimato peremptorie compareamus, Responsiones - Justificatio=
nesque Nostras in punctis dicta Instructione contentis faciamus,
rationes redituum Portorij ad Mensam Regiam pertinentium quo=
cunque nomine eos percipiamus reddamus, dictique Commissarij
Resolutionem definitionemque in omnibus et singulis punctis præ=
stolemur. - Vult denique Sacra Regia Majestas Vestra et serio
præcipit, quatenus Memoratum Venerabilem Comitem Podoski Com=
missarium Regium eo honore qui Commissarijs Regijs convenit recipi=
amus

— = mus, debitamque Ipsius Recognitionem quoad moram hoc loco hoc in negotio fecerit continuemus, Residentiam Eidem in Aedibus Regijs in Civitate consistentibus et pro equitatu Ipsius Stabula Regia ad easdem Aedes Regias pertinentia commonstrari et dimitti designarique faciamus; nec non Expensas omnes quantæ pro condigno requirentur tam pro vialibus Gedanum proficiscenti et inde redeunti quam sub integrum tempus Residentiæ Suæ subministremus, subministrarique ex Cassa seu Aerario publico curemus. — „ ~. Hoc Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Rescripto seu Mandato cum coeteris Ordinibus communicato, venerabundi Sacræ Regiæ Majestati Vestræ exponimus: Venerabilem Comitem Podoski Superiore Anno Portorij causa ad Nos missum Comissarium et introspexisse et discussisse Regios ex Portorio Reditus, ut confidenter ad Ipsius Venerabilis Comitis Testimonium provocemus; qui et probavit rationes, et fidem industriamque Trium Illorum Consulum qui Portorio tum præerant laudavit; qui Praefecti Portorij evocati quidem in Aulam: sed quoniam vocati ut responderent non de Portorio sed de Civica Collatione Zulaga quæ nihil ad Eos pertinebat, et Tractatus Portorij tum Eos jubent in Aula adesse quando ad dicendam in Judicio causam vocantur, Praefecti vero Portorij ad Judicium non citabantur neque Venerabilis Comes Podoski in Eos deprehenderat cujus nomine arguerentur, absentiam Eorum ex his potissimum causis submisissime excusavimus et multam deprecati sumus; quibus Sacra Regia Majestas Vestra Clementissime acquiescere videbatur, cum nihil porro ad Nos sive de Praefectorũ Portorij in Aula præsentia sive de multa deferretur. ~„ —

Nunc vero placuit Sacræ Regiæ Majestati Vestræ dictum Venerabilem Comitem Podoski iterum ad Nos mittere, ut introspiceret Reditus Regios ex Portorio, quod ab Ipso superiore Anno factum jam est; ut tantum supersit, quod ultimo Anno receptum. — Quod vero ad alia capita quæ Venerabili Comiti Podoski commissa sunt, ea ignoramus: si tamen fuerint, qualia ex Literis Innotescentialibus Vblis

Comit

Comitis Podoski pridie quam advenit Ipse Nobis exhibitis cognovimus, ingenue fatemur, quod Juribus salvis ad ea obstringi nequeamus, idque demonstrare suo tempore minime omittemus. – Neque opus est, ut Sacra Regia Majestas Vestra in Rescripto Suo jubeat certo die coram Commissario Regio comparere, quò ad Objecta respondeamus causamque Nostram defendamus; cum nullius culpæ Nobis conscij sumus, ob quam in Jus vocandi simus; et si qui Nos citare vellent, non coram Referendario ubi Forum Nobis non est, sed in Judicio Regio Assessoriali Nos Reos agere debent: Judicia autem Commissorialia plane ignoramus; et ut in Civitate hac exerceantur, Nobis permittere non licet. – Quodsi ab ejusmodi Judicio rationes redituum Regiorum ex Portorio excutiendæ, id plane novum est, et contra Portorij Tractatus; qui praecipiunt rationes reddere coram Commissario extra Judicium, et si necesse coram Rege in Judicio Regio respondere. – Debitus Venerabili Podoski honor non minuetur, quando Ipsi in Regijs Conclavibus hospitari negabitur, quibus quotquot fuerunt Regij Ministri ultro abstinuerunt; neque Serenissimi Reges Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Prædecessores voluerunt unquam, ut Sibi Ministri usu eorundem Conclavium æquarentur. – Quod attinet ad impensas in iter ad nos reditumque Varsaviam ac totum tempus quod in hac Civitate transacturus ex Nostro Aerario subministrandas, notæ Aerarij illius angustiæ crescentesque in dies publici sumptus insolitam hanc munificentiam non ferunt. – Civitas etiam non consuevit Regios Commissarios publica pecunia alere ac itinerum sumptus refundere, neque Serenissimi Reges ut utrumque fieret olim mandarunt. –„ — Quod ad Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Rescriptũ seu Mandatum submisissime exposuimus, Omnium Ordinum Sententia est; quam et Civitatis Juribus convenire, neque ab obsequio quod Sacræ Regiæ Majestati debent deflectere, Sibi plane persuadent. – Maxime inde Eos affligit, quod Sacra Regia Majestas Vestra gravem in Civitatem indignationem conceperit; cujus non

obscu

 — = obscura indicia sunt, et qua nihil tristius funestiusque accedere potest. — In his curis sustentantur conscientia et non vana spe reconciliatum Sibi iri Mitissimum Principem, ubi irritis malevolorum Artibus veritas luci Suæ reddita fuerit. — Jam DEum testantur Se nihil admisisse, quod Paternum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ animum ab hac Civitate avertere debeat, quodque ad inquirenda in Sua facta Commissionem exigat; quà ut liberentur, antequam Venerabilis Comes Podoski statuat quod Juribus Civitatis adversum et quod per eadem Jura ab Ordinibus præstari minime licet, ad Pedes quasi prostrati Sacræ Regiæ Majestati Vestræ supplicant. — Interea DEum orare non cessabimus, ut pristinam Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ in Ordines totamque Civitatem flectat Indulgentiam, et ea omnia Sacræ Regiæ Majestati Vestræ largiatur quæcunque Optimo Principi Pij Cives ardentissimis votis precari solent. ~ Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ humillimi et fideles Subditi Proconsules et Consules Civit. Gedan.

187.) Translat z Listu JmćPana Suworowa Gubernatora Królewickiego do JP. Wojcykowa Ministra Pełnomocnego Rossyyskiego die 21. Augusti Aº 1761. względem Statkow potrzebowanych przez Moskali do zwożenia Prowiantow z Torunia do Gdańska.

List WmćPana die 9. ejusdem miałem honor odrzymać wraz z inkludowana w tim kopija Listu do JmćPana Grafa Bryla Ministra Saskiego od Magistratu Toruńskiego, względem Statkow potrzebowanych dla zwiezienia Zboża. — Na który WmćPanu tako odpowiadam: = Jż Bractwa Szyprow Toruńskich obowiązali się wystarczyć trzydziesci Statkow, któremi transportować mieli Prowiant die prima Septembris pod tą kondycyą, że z Torunia płynąc do Gdańska mieli ładować one własnym swoim Zbożem y towarami, a we Gdańsku wyładowawszy też same Statki przystawiać do Sztuthowa y do Elbląga, gdzie naładowawszy znowu Skarbowym Prowiantem y furażem prowadzić do Torunia. — A że Ciż

Szy-

Szyprowie przez całe lato niewięcey jak tylko połowę Statkow=
mieli, y tym samym Kontraktu Swego niedotrzymali; to lubo dla tego
przez umyślnie Delegowanego do Prowiantowey Kancellaryi y prosili a=
żeby z tych trzydziestu skontraktowanych piętnaście ze wszystkim u=
wolnić, jednak w tym Onym rekuzowano: ponieważ przez niewystar
czenie należytey liczby Statkow czas upłynął, a prowiantu y furażu
znaczna kwota pozostała. — Z tym wszystkim jednakże, Ja roskaza=
łem dziesięć Statkow dla własnego Jch Transportu ze wszystkim uwol
nić y do żadnego Skarbowego przewozu Onych niebrać; a pozostałe
dwadzieścia Statkow zebrawszy, nieprzestannie pod Transport Skar=
bowy do tego czasu zażywać póki oznaczona Prowiantu kwota z=
wieziona niebędzie; niepozwalając już z własnym frachtem płynąć
do Gdańska ale tylko do Elbląga y ztamtąd znowu do Torunia. —
Więc zdaje Mi się że niemieli żadney racyi do uskarżenia się: al=
bowiem przez niewystarczenie trzydziestu Statkow, według Jch Kon=
traktu, Sami Oni winni. — Co zaś należy do zapłaty pieniężney,
to Ja już powtórnie Prowiantowey Kancellaryi roskazałem, ażeby Szy=
prowie Toruńscy należycie byli ukontentowani. — F. de Wojeykow.

188.) Literæ Civitatis Sacræ Regiæ Majestatis Gedanensis
ad Jllustrimum Dnum Supremum Regni Cancellarium,
quatenus eliberare possit Civitatem Eandem a designata
Commissione Regia, scriptæ Gedani d. 28. Augusti 1761. Anno.

P. T.

Literis die 12. hujus Mensis ad Jllustrissimam Excellentiam Vestrã
datis demisse et reverenter oravimus, ut eadem causæ Nostræ ju=
stæ quamvis afflictæ succurrere, et summam Literarum ad Sac=
ram Regiam Majestatem Dnum Nrum Clementissimum Rescri=
ptum Regium a Perillustri et Reverendissimo Domino Regni Re=
ferendario Nobis exhibitum concernentium Sacræ Regiæ Maje=
stati exponere, Ejusdemque Animum mitissimum ad liberan=
dam a Commissione designata Civitatem commovere benignissi=
me velit. — Jnterim dum fore, ut precibus Nostris ab Jllma Ex=
cellentia Vestra suffultis Clementissime annuat Sacra Regia
Majestas, speramus; tuebamur quantum in Nobis erat, commu=
=nicato

 — nicato cum Ordinibus consilio, Jura Civitatis manifestando - Edictum promulgando - et alijs medijs quae rei necessitas suggerebat, ut tueri Eandem Nos obligabat Officij Nostri Religio; quae aequo animo ferre non patiebatur, ut Jura Majorum tot tantisq meritis parata et per soecula servata nunc tandem dubio Judicij Commissorialis quod nesciunt Leges Eventui subjiciantur, et uno quasi ictu omnia per Sententiam Domini Referendarij quem rebus Suis minus favere dudum abhinc sine omni culpa Sua experta est Civitas destrui possint. ~ Quum tamen ea nunc sit rerum facies, ut quaecunque Ordines nullius culpae sibi conscij, ad servanda Civitatis Jura servandamque salutem sanciunt, adversariorum invidia ex detrectationibus in crimen verti soleant; hinc ne perversae narrationi locus sit, Scripto quodam typis exarato omnem rei rationem explicandam esse Ordines duxerunt: quod Scriptum Illustrissimae Excellentiae Vestrae submisissime offerentes iteratis simul precibus Nostris Eandem addimus, ut non solum sinistris ratione hujus negotij delationibus Ipsam fidem non habere, verum etiam Authoritatem Eminentis Suae Dignitatis in qua semper Legibus et Civitatum imprimis Juribus certum Praesidium fuit ijsdem opponere, praesertim autem si Sacrae Regiae Majestati Domino Nostro Clmtmo eo nomine Civitas delata fuerit pro Ejus innocentia intercedere, et ut Clementissimi Principis gratia qua carere non possumus integra Nobis reddatur curare, pro Insigni Sua in hanc Civitatem benevolentia dignetur. — Cui Nos et Civitatem hanc summa observantia commendantes, DEum, ut quocunque felicitatis genere Illustrissimam Excellentiam Vestram beari jubeat, ardentissime precari nunquam cessabimus. - Illustrissimae Excellentiae Vestrae ad Officia paratissimi. Proconsules = et Consules Civitatis Gedanensis. ~ „ —„ ~„ —.

189.) Literae Civitatum Sacrae Regiae Majestatis Thorunensis - Elbingensis - et Gedanensis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium scriptae Thorunij die 4. 7bris

Anno

=Anno Domini 1761. ratione ut intercedere velit = pro Civitate Gedanensi ad Sacram Regiam Majestatem in negotio Zulagæ, respectu avertendæ Commissionis Regiæ cum præjudicio Jurium Terrarum Prussiæ designatæ.

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! ~ Placuit Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo, negotium Collationem Civicam Gedanensem Zulaga dictam concernens Commissioni Rescripto Peculiari nominatæ disjudicandum tradere. Insolitus hic procedendi modus, cum non solum Libertatibus Nostris quæ totæ ab integritate Jurium fundamentalium pendent, neque adeo absque periculo ruinæ Controversiæ Judiciali subjici possunt, valde sit contrarius, sed etiam Legibus seu Constitutioni Terrarum Prussiæ Divi Sigismundi Primi Regis vetantis, ne in causis Terras Prussiæ concernentibus, exceptis causis Limitum et hæreditatis dividendæ, Commissarij deputentur; imo Privilegio Incorporationis divi Casimiri Regis præcipientis, ut omnes causæ notabiles dictas Terras concernentes, quorum sine dubio Jus illud Cardinale sciscendi Contributiones Civium Easque in usum publicum vertendi Nobis antiquitus competens pertinet, cum communi Consiliariorum Spiritualium et Secularium-Nobilium - et Civitatum Majorum Consilio terminentur - tractentur - definiantur, repugnet. ~ Proinde ad avertenda hæc præjudicia, Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo humillime supplicavimus; quo sublata Commissione, juxta præscriptum Jurium - Pactorum - Conventorum Religione firmatorum procedatur. - Literas hasce Supplicatorias Earumque exemplum præsentibus includimus; omni qua decet observantia etiam atque etiam rogantes: dignetur Illustrissima Excellentia Vestra Easdem Regi Serenissimo haud gravatim tradere, Partesque Nostras fortiter tueri, et Interpositione Sua Nobis gratiosissime succurrere. Hoc Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ sicut pro Sublimi Munere Suo Legum et Juris observantia nihil sanctius et antiquius est; ita Eandem Nobis minime defuturam, sed singularis benevolentiæ

 =Suae documenta significaturam esse, certissime Nobis polli=
cemur. – Gratiam hanc Officiorum studiorumque alacritate, ut quodam
modo demereamur, nunquam intermissuri, Summum Numen pre=
camur, ut Illustrissimam Excellentiam Vestram seros in annos
salvam et incolumem servet: et profundo venerationis cultu ma=
nemus. ~ Dabantur etc. – Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad Stu=
dia et Officia quevis paratissimi. Præconsules et Consules Civita=
tum Majorum Prussiæ Thorunensis – Elbingensis – et Gedanensis. –

190.) Literæ Civitatis Sacræ Regiæ Majestatis Gedanensis
ad Illustrissimum Dominum Supremum Regni Cancel=
larium scriptæ in negotio Zulagæ d. 5. 7bris 1761. A°. –

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! ~
Significarunt Nobis Literæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ die 24.
Augusti benigne ad Nos datæ, Illustrissimam Excellentiam Vestram
Literas Submisissimas ad Sacram Regiam Majestatem nomine
Ordinum scriptas et Patrocinio Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ
observantissime commendatas adhuc non obtulisse. ~ Non licet
Nobis justissimum reprimere dolorem, quo nuntius iste Nos
affecerit: scilicet Rescripto ex Cancellaria Regni Majore contra
Civitatis Privilegia expedito! ~ Ordines hujus Civitatis, amore
Patriæ – Officij vinculo – Jurisjurandi Religione ad defendenda
Civitatis Jura adiguntur: defendunt eadem causae justæ confisi
Literis Informatorijs Suis: circumspiciunt Interpretem Jurium
Suorum, Cujus ope ad Thronum Sacræ Regiæ Majestatis penetret
vera rei facies – confugiunt ad Illustrissimi Cancellarij Murus,
quod Sacra Majoribus semper ancora habebatur – adeunt Illu=
strissimam Excellentiam Vestram precibus, ut rebus Suis afflictis
subveniat! ~ At irrito Consilio Suo repulsum ferunt Ordines: non
ab Indulgentissimo Principe! Quem ad conspectum fidelissimorum
Subjectorum, qui prostrati quasi ad pedes pro Juribus supplicant,
ad iram provocari posse, pietas in Regem Ordines credere prohibet;
sed ab Illustrissima Excellentia Vestra, quæ Eorum preces Sacrae=

Regiæ

Regiae Majestati exponere dubitat. – Jubet praeterea Illustri=ssima Excellentia vestra proponi Sibi remedia conciliandi animi S.ae Regiae Majestatis, quae Se frustratam in proventibus Suis sentiat! Frustratam esse Civitatem reditus Regi debitos, aut quidquam ex ijs subtraxisse? haec superiorum Saeculorum Annalibus ignota et his quasi diebus orta vox publicorum Civitatis hostium et Calum=niatorum fuit. – Illustrissimam autem Excellentiam Vestram om=nia alia sentire, Ordines firma plane fiducia Sibi persuadent: quum non tantum Jura Civitatum vigilantissimum eorum Custodem fugere non possint, et scriptum Typis expressum quo omnes ex Zulaga reditus ad solum Civitatis Aerarium, testante inter alia Decreto Assessoriali Anni 1752., indubitata ratione evicerunt, Ordines Illu=strissimae Excellentiae Vestrae offerre sustinuimus, verum etiam statim sub initio controversiae Illustrissima Excellentia Vestra saepe Secretario Nostro Varsaviae commoranti probare Se animum Ordinum Jura imprimis Zulagae tuendi, exindignari Se Eos qui De=creta Regia praesertim etiam Joannis III. Regis convellere non erube=scerent, benigne declaraverit; detestans etiam Eorum artes, qui adu=lationibus Suis in Principem Injurij fierent, et Privilegia Subjectorū quaestui haberent; simul ut ne obulus quidem ad Eorum Instantiam pro redimenda Zulaga solvatur, consulens. – Nihilo tamen satius, quantum ad Eos attinet qui ad negotia haec tractanda missi sunt, statu Causae Literis die 28. Augusti ad Illustrissimam Excellentiam Vestram datis juncto, demisse totius rei speciem exposuimus. – Re=media autem componendae controversiae, quae a Nobis exigit Illustris=sima Excellentia vestra, nulla alia proponere Nobis licet, quam Ju=ra Civitatis Eorumque conservationem: quam, si sub Tutelam Su=am iterum recipiens, Sacrae Regiae Majestati rationes in libello info=rmatorio contentas exponere, ijsdem Sua Authoritate succurrere, et Mitissimi Principis animum ut salvis ijsdem gaudere Nobis li=ceat, flectere benignissime Illustrissima Excellentia Vestra digna=bitur. – Hoc insigne benevolentiae Ejusdem argumentum perenni

laud

 — = laude penetrare Nobiscum posteritas aemulabitur. — Coeterum, omne exoptatissime salutis genus Illustrissimae Excellentiae Vestrae precati, Ejusdem Gratiae Nos et Civitatem submisse commendamus. Dabantur Gedani etc. ut supra. — Illustrissimae Excellentiae Vestrae ad Officia paratissimi Proconsules et Consules Civitatis Gedanensis. ~. —

191.) Literae Responsoriae Civitatis Sacrae Regiae Majestatis Gedanensis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium datae Gedani die 4. Septembris Anno Domini 1761., in Causa inter Spectabilem Bejert Mercatorem hujus Civitatis et Nobiles et Spectabiles Bertman et Imber Cives et Incolas Burdegalenses, quae per Appellationem Ordinariam ad Judicia S.ae R.ae M.tis Assessorialia devoluta est, Summam et res in Sequestro Civili Suo asservare usque ad finalem hujus causae decisionem se submittit et assecurat.

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! ~ Placuit Ill.mae Excellentiae Vestrae Literis die 10. Augusti datis a Nobis requirere, ut merces de quibus in causa, inter Spectabilem Bejert Mercatorem hujus Civitatis et Nobiles ac Spectabiles Bertman et Imber Cives et Incolas Burdegalenses, quae per Appellationem Ordinariam ad Judicia Sacrae Regiae Majestatis Assessorialia ante aliquot Annos devoluta est ibidemque adhuc indecisa haeret, agitur, ne discrimini corruptionis subsint, venum exponerentur, et Summa pro iisdem congregata hic in Sequestro ad finalem negotij decisionem locaretur. ~ Hanc Illustrissimae Excellentiae Vestrae Nobis gratiosissime factam Requisitionem, cum Partibus Litigantibus Spectabili Bojert et Spectabili Nathanaeli Diekhof juniorum ibidemque praedictorum Mercatorum Burdegalensium communicavimus, et cum ambae Partes in venditionem mercium et Sequestrationem Summae exinde provenientis officiose consenserint; dabimus operam, ut dictae merces quantocyus hastae publicae subjiciantur, et pretium Mercium harum venditarum officiose asservetur. ~ Quibus debito cultu expressis, Illu-

Aril

strissimæ Excellentiæ Vestræ Gratiæ Nos et hanc Civitatem observantissime commendamus. ~ Dabantur Gedani etc. ut supra. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad Officia paratissimi Præconsules et Consules Civitatis Gedanensis — " — " — "

192.) Literæ Civitatis Sacræ Regiæ Majestatis Thorunensis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium scriptæ, quibus recommendat Nobilem Samuelem Geret Secretarium Suum ad Aulam Regiam missum in negotio Civitatis ejusdem, datæ Thorunij 9. 7bris 1761. A°.

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! ~ Quandoquidem ad Regiam Aulam in arduis Civitatis negotijs Samuelem Geret Secretarium Nostrum mittere necesse habuimus; proinde Illustrissimam Excellentiam Vestram debito venerationis cultu rogamus, ut non solum Eidem gratiosissimum accessum concedere, sed etiam ijs omnibus quæ nomine Nostro proferet plenariam fidem adhibere, Eundemque Sublimi Sua Authoritate gratiosissime suffulcire dignetur. ~ Nos vero hanc Illustrissimæ Excellentiæ Vræ Senatoriam benevolentiam Studijs et Officijs Nostris deditissimis quovis tempore demereri adnitemur. ~ Qui de reliquo Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ a summo numine, post observantissimam Jurium Privilegiorumque Nostrorum commendationem, faustissimos quosque rerum et consiliorum successus ardentissime apprecamur: ~ Datt ut supra. ~ Illmæ Excellentiæ Vestræ ad Studia et Officia quevis paratissimi Præconsules et Consules Civitatis Thorunensis

193.) Literæ Civitatis Regiæ Thorunensis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium scriptæ intuitu elusionis in Contractu Scaphariorum cum Illustri Dno Chomotof Rei-Frumentariæ in Exercitu Rutheno Præfecto inito, Thorunij d. 10. Septembris Año Dñi 1761.

Illustrissime et Excellentissime Domine Domine Gratiosissime! Quoniam Illustrissimam Excellentiam Vestram Varsaviâ absentem esse credebamus, ad Illmos et Exmos Dños Mareschalcos Regni

in nego

=in negotio moram non ferente recursum facere coacti
=fuimus. ~ Cum autem a Generoso Domino Aloij iter
per hanc Civitatem faciente certiores facti sumus, Eandem actu
Varsaviæ commorari, pro eo quo Illustrissimam Excellentiam Ve:
stram prosequimur venerationis cultu, Eidem exponere susti:
nemus: qua ratione contra tenorem Contractus a Societate Sca:
phariorum hujus loci cum Illustri Domino Chomotof Rei-Fru:
mentariæ in Exercitu Rutheno Præfecto initi, /: vigore cujus tri:
ginta illa navigia quæ per integram aestatem vehendæ annonæ
inserviebant, die prima Septembris absque omni mora proprie:
tarijs reddi debuerant, ut ijs per reliquum temporis spatium
ad navigandum opportunum pro Commodo Civitatis sine ulla eo
nomine ulterius facienda Requisitione uterentur, :/, elapsò nunc
Termino detineantur; Præfectis Annonæ nonnisi decem liberare
volentibus, reliquis autem viginti ut Transportatio annonæ æque
ut antea impensis Proprietariorum pro conventa mercede curetur
Instantibus tanto quidem cum rigore, ut non expectato Responso
in domicilia nonnullorum Mercatorum Rem Nauticam exer:
centium Cosacos quosdam pro Executione locaverint. ~ Nunc au:
tem supervenit Officialis quidam Superior vulgo Major, qui non
solum prætensioni huic Nomine Illustrissimi Domini Suworoff,
Gubernatoris Prussiæ tenaciter insistit, sed etiam granaria pro
condendis novem millibus et quingentis lastis frumenti, sub com:
minatione Executionis militaris urget. - Neutræ autem præten:
sioni absque totali Commerciorum ruina et insigni damno satis:
fieri potest: etenim per integram aestatem Commerciorum usus
propter defectum navigiorum valde turbatus fuit, et summa me:
rcium inopia Civitas laborat. ~ Hinc, si diutius navigijs illis
carendum esset, spatio navigationi opportuno per quam exiguo,
ne defectus quidem suppleri, multo minus pro usu hyemis merces
requisitæ advehi possent; consequenter cum summo æque Civium ac
Nobilitatis Vicinæ præjudicio omnis generis negotiationem cessare

opporteret: ut taceamus præstationem hanc, propter requisitam remigium et operariorum multitudinem temporibus hisce conquisitu difficillimam, et ingentes impensas, impossibilem esse. ~ Unius quippe navigij ad absolvendum iter requisita instructio; quorsum pertinet merces et alimentatio Remigium nec non apparatus necessarius, comprehenso lucro cessante ob jacturam Nautipro Mercium Gedanum transportatione, non computato tamen Nauto pro Mercibus retro vectis perceptibili quindecem centenorū florenorum? adeoque viginti navigiorum triginta millia florenorum sumptum requirit. ~ Prefecti autem Annonæ nonnisi viginti quinque florenos pro Lasta, adeoque pro viginti Lastis /: navem enim tanto pondere onerari assumitur:/ quingentos florenos in vim mercedis solvunt. ~ Superant itaque impensæ mercedem acceptam, quoad singula navigia, millibus florenis; adeoque pro viginti navigijs florenis 20,000. : id quod 10. dies sumptum /: tot enim ad minimum itinera ante ingressum hyemis absolventur:/ efficit Summam 200,000. florenorum: quæ ingens pecunia, quo Jure a Nobis gratis eroganda exigi possit? plane ignoramus. — Quod attinet granaria: in assignandis ijs, posthabita etiam necessitate publica, eo usque faciles fuimus, ut præter viginti granaria et quindecem loca ad condendam annonam idonea horrea quoque sumptu Nostro extrui fecimus: ~ ut autem plura nunc assignemus praesertim tam immensæ quantitati sufficientia? propria Possessorum prohibet indigentia, hac præsertim tempestate qua frumenta frequenter et magna quantitate advehi solent; secus negotiatio cum frumentis, præcipuum mercantiæ genus omnino tolleretur. — Tristi hac rerum Nostrarum facie, nihil Nobis afflictis superest, nisi ut ad Illustrissimam Excellentiam Vestram firmissimo Ejusdem Præsidio freti confugiamus; etiam atque etiam observantissime rogantes, quo in Protectionem Suam Civitatem hanc assumere, Ejusque saluti prospicere gratiosissime dignetur; ne a Gente peregrina, præter omne meritum, opprimatur, eoque ipso ab interitu suo liberetur. — Quam sublimem gratiam omni studiorum et obsequiorum genere demereri indesinenter allaborabimus: inter vota precesque pro omnimoda salute

et incol

— = et incolumitate Illustrissimæ Excellentiæ vestræ, previa Immunitatum Nostrarum commendatione, profundo venerationis cultu manentes. — Datt. etc. Illustrissimæ Excellentiæ vestræ ad studia et Officia quævis paratissimi Præconsules et Consules Civitatis Toruniensis.

194.) Memoryał favore Miasta Torunia Jmcipanu Ministrowi Rossyyskiemu przez Jmcipana Kanclerza W. K. w Warszawie dnia 13. Września 1761. Roku podany. ~

Kanclerz Wielki Koronny odebrawszy List od Miasta JEgo Królewskiey Mości Torunia, którego tu przyłącza kopiją, uprasza JW. Jmcipana de Woyeykow Pełnomocnego Dworu Rossyyskiego Ministra, aby tę Dworowi Swemu raczył uczynić Remonstracyą: że napełnienie wszystkich Szpichlerzow y dwudziestu Statkow zbożem, o co Miasto Toruń od Kommendy Woysk Rossyyskich odebrało Rekwizycyą, bez wielkiey expensy y kosztu obeyść się niemoże. — A że takowe expensa byłyby wielką przeszkodą w handlach y okazyą zniszczenia Obywatelow tegoż Miasta, więc gdyby ex rationibus Status bellici żadnym sposobem niemogłaby bydź odmieniona pomieniona Rekwizycya napełnienia Spichlerzow y dwudziestu Statkow zbożem; raczy JW. Jmcipan Pełnomocny Dworu Rossyyskiego Minister zjednać Tę Łaskę Nayjaśnieyszey Imperatorowy Jeymći, ażeby podjęte na to napełnienie zboża koszta ze Skarbu Swego dobrotliwie bonifikować kazała; tak jak już raz Skarb Dworu Rossyyskiego toż Miasto w uczynionych dla Woyska JEgo Expensach zastępował y one nadgradzał. W czym niżey podpisany Kanclerz W. Kor. o skuteczną JW. Jmcipana Pełnomocnego Ministra Rossyyskiego uprasza promocyą. — Datt. ut supra = Jan Małachowski Kanclerz Wielki Koronny. ~„ —.

195.) Instrukcya Powiatow Piotrkowskiego y Radomskiego do Nayjaśnieyszego Majestatu J. Kr. Mći P. N. M. Augusta III. JWW. Jchmć Panom Kajetanowi Bystrzanowskiemu Łowczemu Powiatu Piotrkowskiego y Józefowi Maszkowskiemu Podczaszemu Dobrzyńskiemu Posłom Uproszonym w Piotrkowie na Seymiku Deputackim po obranym Jaśnie Wielmożnym Deputacie die 14. Septembris Roku 1761. dana. ~„ —

Prin:

=Primo. – Wszyscy dotychczas w głębokiem milczeniu zostawa=
liśmy! ~ Ale gdy w wolnym Narodzie sine hoste bellum geritur, y od
JW.º Jmćpana Władysława Gurowskiego JEgo Królewskiey Mości Pana
Naszego Miłościwego Podkomorzego Nadwornego – Prześwietnych Wo=
iewództw Wielkopolskich do Magazynow dla Woyska Rossyyskiego
/: jako Listownie testatur :/ z Roskazu Nayjaśnieyszego Pana Kommi=
ssarza – w Kole Naszym odbieramy Instrument paletowania furażow
y prowiantow do Województwa y Powiatow Naszych Piotrkowskiego y
Radomskiego; y przez lat kilka tą nieszczęśliwą Experyencyą pozna=
liśmy już furowaniem sian y owsow na różne mieysce odległe cięż=
kiego uciążenia, że y Inwentarze częścią zarazą przejeżdzając częścią
znużeniem dalekich podróż wypadły; y nadto Wolą Naywyższego
Pana urodzaje osobliwie jarzyny słonecznemi upałami zniszczały
tak dalece że y zasiewy przyszłe trudne będą y głod na lud ubogi
niespodziewanie: więc Jchmć Panowie Posłowie, przy złożeniu Wier=
nego Poddaństwa Nayjaśnieyszemu Majestatowi exorabunt pater=
nam medellam, abyśmy w Tych Powiatach od takich ciężarow wol=
nemi bydź mogli: gdyż JO. Trybunał Koronny blisko przypadający
dostateczney Prowizyi miećby niemógł, y Sprawiedliwość musiałaby
exulare. ~„ – Secundo. – J ztąd nieomylne zniszczenie Kraju y u=
padek wynikać musi: Gdy Uniwersałem Swoim JW. Jmć pan Podskar=
bi Wielki Koronny, po publikacyach y zakazaniu wszelkiey dysceptacyi
cyi Monety Zagraniczney, teraz de repenti ultra metam Muneris
Ejus a Judicio Alto Nayjaśnieyszego Pana Decyzyi Seymem złożonym
Stanom Rzeczypospolitey podaney, zniżenie Tynfow po groszy 15. obwie=
scił; vendibilia zaś wszystkie, bez czego nikt się obeyść niemoże, w
nieźmierną poszły cenę. – Zabiegając upadkowi całey Oyczyzny, tak
respektem uciążliwego paktowania Woysk Rossyyskich bez sprawie=
dliwey rekompensy, jako tedy redukowaney bezprawnie Monety, Oyco=
wskim staraniem JEgo Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy obviare
clementer raczy. ~„ – Tertio. Ciż Jchmość Panowie Posłowie wier=
ne Poddaństwo Nayjaśnieyszemu Majestatowi oświadczą Jmieniem Wo=
jewództwa Naszego; y z Kancellaryi Koronney Resultatum y Decyzyą
Nay=

 " — = Nayjaśnieyszego Majestatu Nas solabunt. — Która Instrukcya WJmćpanu Marszałkowi Koła Naszego podpisać zlecamy. Walenty Kobierzycki Marszałek Koła Rycers.º WWdztwa Sieradzk.º Piotrkow.º y Radom.º

196.) Promemoria od Jw.º Jmćpana F. de Woyeykow do Jw.º Jmćpana Kanclerza W. Koro. podane d. 24. Septembris 1761. Año.

Niżey podpisany Dworu Rossyyskiego Pełnomocny Minister, na podaną sobie przez Jw.º Jmćpana Kanclerza W. K. Promemoryą d. 13. z przyłączoną Kopiją Listu od Miasta Torunia, ma honor w Respons przyłączyć tu Translat z Listu Jmćpana Suworowa Gubernatora Królewieckiego; do którego niżey podpisany, podług pierwey zaszłey od Dworu tuteyszego Instancyi, względem onegoż Miasta pisać nieomieszkał. ~ Jw: Jmćpan Kanclerz W. Kor. wyczytać raczy, że wyżey wspomniony Jmćpan Suworow zalecił powtórnie Prowiantowey Kancellaryi, ażeby należyta pieniężna Szyprom Toruńskim uczyniona była nadgroda. ~ w Warszawie die etc. ut supra F. de Woyeykow.

197.) Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis ad Venerabilem Kilianum Trzciński Canonicum Culmensem et Livoniæ Cathedralem Præpositum Grodziecensem, ut Bona et Summas Ecclesiæ Grodziecensi Jure caduco collatas vindicet, Varsaviæ d. 24. 7bris Anno 1761. expeditum.

